DE SCRIPTIS
CAELII AVRELIANI
METHODICI SICCENSIS

DISSERTATIO PHILOLOGA QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE MENSIS JULII XXVII A. H. S. MDCCCXCIII HORA XII PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

VICTOR HENRICVS FRIEDEL
ALSATVS EPISCOPIVILLANVS

ADVERSARII ERVNT

J. E. LORK, Dr PHIL.
C. DONSBACH, CAND. PROB.
J. DAHMEN, CAND. PHIL.

EPISCOPI VILLAE
TYPIS FRIDERICI POSTH TYPOGR.
MDCCCXCII

PATRIS MANIBVS

S.

Praefatio.

Cum his tribus annis casu quodam in Caelii Aureliani Libros Celerum et Tardarum Passionum incidissem, non tam spe fructus quam rei parum exploratae novitate ac suavitate adductus sum, ut otium studiis litterarum medicinalium exeuntis antiquitatis Romanae oblectarem; ac perscrutandis his litteris eo libentius operam navavi, quo saepius medicos doctos nostrae aetatis, qui quidem historiam suae artis perscribendam suscepissent, titubare ac vacillare, philologos suum esse aditum illis patefacere immemores plerumque esse intellexi. Ex iis autem, qui hac aetate in studia illa incumbebant, Caelii Aureliani quoque memoriam ab oblivione vindicaverunt cum C. Daremberg[1] tum V. Rose,[2] medicus ille, hic philologus, uterque harum litterarum peritissimus; quorum quae habuerit ille praeter ea, quae in Jani vol. II,[3] in Hist. Scient. Med., in primo volumine Oribasii[4] praefatus est de hoc scriptore, nescimus, cum editio, quam sese curaturum esse pollicitus erat, numquam in lucem prodierit; hic autem multis gravibusque, ne dicam omnibus quae a recentissimis[5] de Caelio Aureliano feruntur, investigatis de illo quaerere desiisse videtur; ac ne mihi quidem contigit, ut codices aut alia auxilia nova reperirem, quae cum desiderarent vv. dd. novam editionem distulisse videntur, sed operae pretium esse mihi visum est in iis ipsis quae praesto sunt auxiliis nixo iterum examinare ea, quae de scriptore illo dicta sunt, examinandoque quantum potest fieri augere; itaque commentationem perfectam me omnibusque numeris absolutam, ut nunc res se habet, daturum esse nec volo nec possum recipere; satis erit si quid ad illustrandas illas litteras adferre contigerit.

De nomine autem, de vita, de patria, de aetate Caelii Aureliani, a quibus investigandis harum quaestionum initium fieri consentaneum est, facilius est vv. dd. coniecturas augere quam aliquid certi adicere; nec tamen non nulla, quae occurrerunt, hoc loco congerere vereor; nam cum nobis acquiescendum sit in iis, quae maximam prae se ferant veri similitudinis speciem, undique conquirendis, talia proponere quam coniecturas illas in disceptationem vocare malo.

Unus et solus fons, ex quo haurias oportet si quid de auctore studes comperire, ipsius scripta

---

[1] Daremberg sine dubio permulta utiliaque et ad emendandos et ad interpretandos libros cel. et tard. pass., quos iterum edere sibi proposuerat, congessit; fortasse ex schedulis doctissimi illius viri, si modo servantur, (in bibl. Paris.?) postea nonnulla discere licebit.

[2] cf. Anecdota graeca et graeco-latina; Aristotel. Pseudepigr; Hermae vol. IV et VIII;

praeff. ad edd. ppr. ab eodem curatas:	Plinii Secundi (quae fertur una cum Gargilii Martialis Medicina.	Lips. 1875.
	Cassii Felicis (de Medicina etc.)	Lips. 1879.
	Sorani (Gynaeciorum vetus Translatio latina cum additis graeci textus reliquis.).	Lips. 1882.

[3] cf. infra p. 14 adnot. 3.

[4] cf. infra p. 14 adnot. 4.

[5] dico inprimis Haeser Hist. Med. ed. III. et Teuffel, Hist. litt. Rom.

sunt. Nam veterum testimonia de Caelio Aureliano mirum in modum exstant quasi nulla [1]; illud enim Cassiodorii licet ad hunc scriptorem spectet, nullius est momenti, [2] cum et nomen scriptoris et inscriptio libri, qui commendetur ita ferantur vix ut fides eis habeatur, neque quisquam, etiamsi illud deesset, Caelium Aurelianum post saec. VI p. Chr. n. fuisse sibi persuaderet.

---

[1] Miror quod sunt qui propter incomptum dicendi genus copiosiores libros in posteriorum usu non fuisse existimaverint; sed Responsionum, quas non nisi usu frequenti tanto opere decurtatas esse vv. dd. consentiunt, quam exigua exstant frusta? Quid? quod ne nomen quidem auctoris illarum fragmentis servatum est? Cum nostrorum medicorum opera celeriter obsolescant, quia ars illa summa in dies capit incrementa, quid mirabimur, quod veteres et medii aevi medici ad Hippocratem Soranum Galenum usque recurrerunt, totius medicinae ad hanc fere aetatem principes et auctores, etiamsi exstiterunt, qui suas rationes per aliquod tempus possent probare? An putas Caelii Aureliani scriptis medicinam methodicam Hippocrati et Galeno vix parem etiam adeo ut famae aut Sorani aut Hippocratis aut Galeni obtrectaretur excultam esse?

[2] Cass. de inst. div. litt. cap. XXXI: „deinde Aurelii Caelii de medicina et Hippocratis de herbis (morbis? ego) et curis (Rose ciuis = cibis??) diversosque alios [de] medendi arte compositos, quos vobis in bibliothecae nostrae sinibus reconditos deo auxiliante dereliqui.“ cf. Rose anecd. II. p. 118—119 et not. Sunt qui de hoc testimonio optimo iure dubitaverint, contra alii sine ulla dubitatione dictum de Caelio Aureliano esse sibi persuaserunt; acquiescam in afferendis non nullorum vv. dd. sententiis. Ut C. G. Kühn (opusc. acad. Med. et Philol. vol. II, Lips. 1838. p. 6—7, Not. 12 et 13) Conringium, qui coniectura „Aur. Celsum“ efficere maluerit impugnat suamque sententiam his fere profert: „Uti enim inter Hippocratis libros nullus reperitur, de herbis et curis exponens, aut tali inscriptione insignitus, ita poterat homo a re medica alienus, Caeliano operi plane diversum a nostro, et cum Aur. Corn. Celsi convenientem tribuere indicem, etc.“ cf. Meyer Hist. Plant. vol. II p. 277., qui moderate de hac re iudicavit. Quid quo loco Daremberg dixerit de hoc testimonio non inveni; qui cum nomen „Aurelii,“ quo in codd. libellus ille de morbis acutis fertur — infra de eodem libello copiosius disseretur — ex Aureliano correptum esse statuerit, nescio an de illa Aurelii epitoma cogitaverit (cf. Jani vol. II. p. 471 med.) Idem fere Rose videtur sensisse (l. l. p. 119); qua re valde miror quod p. 168, adnot. (*) Aurelii Oxea ad ipsum Caelium Aurelianum pertinere negat, praesertim cum ipse ex eiusdem Aurelii (et Escolapii) libello Responsiones restituere conatus sit. Ceterum doctissimus ille vir non dubitat, quin Cassiodorius fratribus Caelium Aurelianum maxime commendaverit. (cf. l. l. p. 115 et 168.) Haeser vero (Hist. Med. vol. I. p. 333) certissime statuit testimonio illo epitomam quae dicitur Aurelii commendari: „Das pathol. Hauptwerk des Caelius fand, wie die grosse Seltenheit der (übrigens vortrefflichen) Hdschr. beweist, wegen seines Umfangs sehr geringe Verbreitung. Grösseren Beifall scheinen die Auszüge desselben erworben zu haben, am meisten der „Aurelius“ genannte, dessen Studium kurze Zeit nach seiner Abfassung — (Escolapii epitomam Rose saec. VII p. Ch. n. ortam esse putat. p. 177) — Cassiodorius (im VI. Jhdt.) seinen Ordensgenossen empfiehlt.“ Epitomae autem quae feruntur Aurelii et Escolapii in codd. quantum scio non magis „de medicina“ inscribuntur quam C. A. libri hoc titulo noti fuisse videntur. Ut Aurelii Caelii nomen a librariis transpositum depravatumque sit — in cod. Bamberg. saec IX, ubi idem illud Cassiodorii adfertur, exstat nomen „Caeli aurelii“ quod utrum genuinum an coniectura effectum sit nescio. cf. Rose p. 119 adnot *); ceterum nota est nominum ratio qualis a saec. IV. fuerit, uelut in fastis consul. modo Faustinianus modo Faustinus, modo Antiochianus modo Antiochus, modo Marius modo Marinus modo Marianus modo Marinianus legitur, al. — tamen offensioni est operis quod commendatur inscriptio. Nam Responsionum libros, quibus titulus „de medicina“ haud male conveniret, fratribus in arte medica sine dubio rudibus aptissime commendari concederem, nisi inter libros „latino lingua conversos“ commemorarentur; potuit sane fieri ut Cassiodorio certius quam nobis praesto esset testimonium, quo Responsiones ex graecis Sorani translatas esse concluderet; nostra quoque aetate fuerunt qui Responsiones Caelianas ad exemplum graecum expressas esse iudicarent; ego vero valde dubito; sed de hac re infra. Num C. A. plenum „de medicina“ „corpus“ condiderit nescimus; videtur autem nisi de specialibus partibus copiosiores libros non

De nomine, quo scripta huius auctoris ferebantur, in codd. et edd. ppr. parva est discrepantia.[1] Plenum quale fuerit nescimus; miro quodam casu factum est, ut fuerint qui ei „Lucius" praenomen dederint — fortasse quod Val. Chimentellus hunc ac L. Caelium Arrianum unum eundemque scriptorem esse suspicatus est[2] — atque servatum sit nomen hoc „L. Caelius. L. fil. PAp. Aurelianus" in inscriptione Vallitana[3]; ex qua haud scio an de patria nihil conicere liceat, de praenomine[4] aut de aetate quid concludas non video. Nam cum „Siccensis" in codd. dicatur, eum Sicca Veneria,[5] ex celeberrimo illo oppido Numidiae, Romam[6] venisse vv. dd. consentiunt. Hoc autem pro certo ponere ne ego quidem dubitabo Caelium Aurelianum nec Romanum nec Graecum fuisse; graecas sane epistulas ad Praetextatum sese misisse ipse testis est ac promittit discipulis se quaecumque a Graecis obscure dicta sint explicaturum esse; nec tamen difficile est eum graeco sermone non ut patrio usum esse demon-

---

composuisse (cf. infra), quibus ut libris cel. et tard. pass. inscriptio illa haudquaquam apta est; eos sane ex graecis translatos esse scriptor ipse fatetur. Quid igitur? estne verisimile Cassiodorium in auctoris nomine lapsum esse, quod, cum nimis generalis sit libri titulus „de medicina", monachis ad reperiendum opus commendatum summi fuerit momenti? Utut est nec de auctore ipso nec de scriptis eius quidquam nos illo testimonio proficere apparet.

[1] ex. cod. Lauriss. (nunc Vatic.) saec. X: Caelii aureliani methodici siccensis medicinalium responsionum libri III in uno cod. (cf. Wilmanns, Mus. Rh. N. S. vol. XXIII. p. 389. Rose l. l. p. 166.)

ex. cod. Leid. saec. XIII (cf. L. Muller, Mus. Rh. vol. XXIII. p. 189): Ex Genecia celii aureliani methodici siccensis. (cf. V. Rose, Herm. vol. IV. p. 141.)

ex. ed. pr. Parisiensi: Caelii Aureliani Methodici Siccensis Liber celerum vel acutarum Passionù etc. (C. A. M. S. cel. vel. ac. pass. Liber primus; C. A. M. S. Oxeon Liber Secundus; C. A. M. S. Oxeon Liber Tertius; C. A. M. S. Oxeon Libri tertii finis).

ex cod. Lauriss: Caelii Aureliani Siccensis chronion liber primus etc. (cf. Wilmanns l. l. Rose l. l. p. 165 adnot **).

ex. ed. pr. Basileensi: Caelii Aureliani Siccensis Tardarum Passionum Libri V. (C. A. S. in V Libros chronion praefatio; C. A. S. chronion Liber Primus II. III. IV. V.; C. A. S. chronion lib. primi finis; — II (deest lib. III subscr.),— IV (deest chronion), — V et ultimi finis.)

de libb. Lauriss. et ed. pr. Bas. chronion affinitate cf. Rose l. l. p. 165; cf. etiam infra p. 41.

[2] cf. ed. Amm. praef. p. 24, judicia Val. Chimentelli, HadrianiJunii, Renati Moreau.

[3] cf. Guérin Voy. arch. dans la région de Tunis, vol. II, p 184. CIL. vol. VIII. N° 1289; inscriptio est haec:

Guérin: L·CAELIVS·L·FIL·PAT[1]·AVRELIANVS·FIL[2]·PIVS....
VIXIT·ANNIS[3]·LX
ALFIDIA·L·FILIA·QVARTINA·PIA·VIXIT·ANNIS XLVIII
M . . . . . .

CIL: [1] PAp [2] III. (cf. N° 5515) [3] ANN. Wilmanns frustulum tantum repperit FILIA·QVARTINA·PI in villa Bordj er Rumi. (munic. Vallitanum.); de gente Caelia cf. N° 7255; De Caelio Aureliano, episcopo Ravennate cf. Marini pap. dipl. 74. (p. 248) et Rose l. l. p. 115. Num eiusdem familiae sint scire non possumus.

[4] Praenomen fortasse evanuit, quod ad nomen adiecta erant „Methodicus Siccensis."

[5] De Sicca Veneria docuerunt cum alii tum Guérin l. l. p. 53,,; Tissot Explor. scient. de l'Afrique, Géogr. comparée de la prov. Rom. d'Afr. Tom. II. p. 375—379 (cf. quae addidit Reinach ibid. p. 815.) cf. etiam: Africa christ. Steph. Antonii Morcelli. Brix. 1817 et CIL vol. VIII.

[6] cf. Haller biblioth. botan. I. p. 147; Meyer Hist. Plant. l. l. Haeser l. l., alios.

strare[1], in latinizando vero se laborare iterum ac saepius ipse profitetur. Afrum autem illum fuisse, nisi codd. et edd. ppr. testimonium adesset, ex „tumido“ genere dicendi colligere ausus non essem; neque vero, ut fecit Haller l. l., quod ut homo Romanus de moribus, de modis, de vinis et aquis Italiae,[2] de similibus loquitur inde concluserim illum Romae versatum esse. Nam Soranum Traiano et Hadriano imperatoribus Romae arte exercenda floruisse Suidas testis est; quam ob rem Caelium omnia, quae hominis Romani esse videantur, principi Methodicorum debere cur non sumpserunt vv. dd., quippe qui eundem illum nihil aliud fecisse nisi Soranea latino sermone expressisse iudicarent? Quid? quod Romae nec a puero versabatur nec arti medicae operam dare coepit, cum vocabula illius artis propria trita ei non videantur fuisse?[3] De vinis autem et aquis Italiae non medicum Romanum, sed ipsum Soranum loquentem audire putaveris. Sed Caelius quod libros latino sermone componendos suscepit gratum fecit discipulis, qui illo uterentur patrio; Lucretium autem et Bellicum ab eo artem medendi Siccae didicisse vix est veri simile. Accedit quod alios Afros illa fere aetate Romae eandem artem exercuisse constat,[4] cur Caelius fortunam in urbe non periclitaretur, quo cum ex aliis provinciis tum ex Africa confluerent homines lucri famaeque cupidi? Duobus quidem locis[5] urbis mentionem facit, neque vero quidquam, cum Asclepiadea altero, altero Soranea, haec sane ut sua proferat, inde licet concludere. Ceterum ubique latinum scriptorem se praestat, veluti cum translatis nominibus Graecis addit „quod nos — dicimus“ vel, „dicere poterimus“;

[1] cf. Reines. Var. lect. III. p. 651 et Sprengel Hist. Med. vol. II. 55. Sed quam cautissime de his iudicandum est, cum nesciamus quae ad codices aut, ut etymologiae, ad Soranum aut, cum e. g. perinaeum et peritonaeum confundantur, ad Methodicorum inscientiam anatomiae referanda sint; de graecis autem, quae C. A. non recte intellexit, de miris eius translationibus, quibus nova vocabula finxit et singularia dicta, utique quaerendum est ei, qui novam editionem curandam suscipiet. cf. infra p. 6. Not. 1 et passim Ceterum nomina Graeca civium Siccensium tradita sunt; Siccae autem etiam graecis litteris operam datam esse aliunde certum est; num Solinus (XXVII. 5) aliam praeter cognomen Veneriae causam habuerit, cum Siccam coloniam Graecam (Siculam) esse traderet, nescimus.

[2] De vinis Italicis cf. e. g. ed. Amm. p. 168. 519. (de v. Graecis p. 70. 196); de aquis e. g. p. 361, 432, 446, 562, 570, 595. Cum de vinis et aquis Italicis loquitur, non omittit addere, „quae in *Italia* nota probantur, prc regionibus cognitum, ut in *Italia* Praenestinum appellatum“, similia, cum vina graeca — uno excepto loco p. 168 ed. Amm. — simplicibus nominibus commemoret, ut Chium, Rhodium, Lesbium; quod Sorani, scriptoris graeci, esse puto, non scriptoris latini. Quomodo intellegenda vel potius emendanda sint C. A. p. $168_{211-212}$ „vel in Asia Trifolina“ adhuc nescio. cf. de vinis cum Andr. Baccii, de naturali vinorum historiam, de vinis Italiae etc. (Romae 1596 fol.) et Lamarrei thesin de vitibus atque vinis apud Romanos (Paris 1863) tum Brunsii Quaestiones Asclepiadeas de vinis etc. (Parchim. 1888).

[3] Cum antiquiores medici Romani nominibus Graecis uti solerent (cf. C. A. p. 269_{4} dolor—dimidii capitis, „quem *consueto* nomine hemicraniam vocant“), C. A ea in sermonem latinum vertere studuit haudquaquam nova fingere veritus; addidit sane, „quod—nos dicere poterimus“ vel „dicemus“ vel tale quid. E. g. p. 375_{84} *odontagogum*, quod nos dentiducum dicere poterimus. (cf. *dentifrangibulum* ap. Plaut. Bacch. 4. 2. 14 & 23; *dentharpagae* Varro ap. Nonium c. 2. n. 237.) p. 222_{108} *omnipavus* (παντάφοβος) p. 227_{120} *parvibibulus*, alia; cf. etiam versiones *cataclysmi* (p. 307, 433, 446, 492 etc.) p. 18_{48} in *superpositione* (ἐπιθέσει); p. 22_{53} βάσις, *sessio*; p. 353 *claudicationes* vel *tardationes*, etc; quorum plurima frustra apud alios medicos quaeres; sane fatendum est sermonem medicorum Romanorum vere latinum non fuisse, sed hac in re simillimum eius, quo nostri medici utantur.

[4] cf. quae Rose praefatus est ad Cass. Felicis Medicinam et Muscionis (Sorani) Gynaecia p. VIII.

[5] ed. Amm. p. 99_{63} & $_{64}$ p. 132_{130} & $_{131}$ (Rhoma.)

quod tamen p. 564_{11} ed. Amm. dicit „vel eius caduco, quod Latini ambulacium vocant“ [1] (sic ed. I), adeo eum, cum haec scriberet, in exemplum graecum animum intendisse, ut omisso nomini graeco ex sua ipsius indole latinum tamquam opponoret, quam peregrinum se esse meminisse statuere maluerim; neque quidquam aliud dicere voluit nisi „quod nos Latine — vocamus.“ [2]

Quid igitur ex libris cel. et tard. passionum promam, ut auctorem Romae versatum esse demonstrem, cum nusquam fere sui iuris esse inveniatur? in quibus argumentis nitantur ii, qui velut Haeser pro certissimo Caelium in urbe artem medicam exercuisse satuerint, nescio; [3] ego satis habeo paene certum id esse dicere; quapropter nisi dubium ne hoc quidem velim habeas Praetextatum, ad quem C. A. graecum librum Epistolarum [4] misit, fuisse illum Vettium Agorium, qui saeculo p. Ch. n. quarto ad finem vergente Romae ut homo summo loco natus studiorum maxime philosophiae patronus fuisse videatur. [5]

Sed priusquam quibus ad hanc suspicionem adductus sim exponam, pauca, quae de aetate Caelii non certo probari, sed veri similia reddi possint, proferre liceat. Omittam a vv. dd. ante Ammannum de hac re dicta [6], etiamsi sunt, qui rectius quam recentiores iudicaverint. Daremberg [7] quidem signo interrogationis ad nomen adposito se nihil de aetate scire profitetur; Meyer [8] allatis non nullorum sententiis sumptionibusque Halleri propositis Sprengelio adstipulatur; Rose vero Caelium non ante saec. V. finem fuisse statuere maluit; [9] de Haeseri iudicio paulo inferius mihi dicendum erit. Erant enim qui Caelium Galeno vetustiorem aut coaevum fuisse iudicarent, cum nusquam mentionem fecerit celeberrimi illius medici ac philosophi; ad quae quid Reinesius (l. l.) monuerit cum dignum sit commemoratu, adferre liceat: „Galeni vero mentione, non quod non novisset virum per aetatem ut volunt; sed consulto abstinuit ab eo, qui sectae Rationalium acerrimus ὑπερασπιστής, et cum ingenio iuxta et dicendi facultate polleret, Methodicos et Empiricos ad unum omnes pœne confecisset, maxime Thessalum, quem Caelius optimum propemodum maximum adpellare gestit [10] eiusque τερατώδεις κοινότητας, quas sine causarum notitia ad curationes morborum sufficere putaverat, indignis modis fuisset insectatus: qua iudicii libertate (ceteri malignitatem et dicacitatem appellabant) eloquentia, et excellente doctrina, odia multorum et vivus in se concitavit, et sustinuit mortuus ut parce propterea a medicis proximis, maxime sectariis, et Latinis laudaretur.“

Quae quamvis probabilia videantur, tamen alia de causa Galenum in scriptis Caelianis, quae quidem ad nostram pervenerint aetatem, [11] non commemorari mihi est persuasum. Potuitne Caelius

[1] cf. p. 512_{32}.

[2] cf. ed. Amm. p. 512_{32} „vel eius caduci, quod Graeci cytinonrhoas appellant, nos ampullagium“ (sic. ed. pr.) cf. e. g. p. 162_{197} „acantha Aegyptia, quam nos Latine spinam Aegyptiam dicere poterimus.“

[3] Ex Cassiodorii testimonio nil nisi C. A. scripta in Italia nota fuisse colligi poterat.

[4] cf. infra p. 50. test. 47.

[5] cf. O. Jahn, Ber. d. sächs. Ges. d. Wissensch. ph.-hist. Cl 1851 p. 338 sq.

[6] cf. cum aliorum tum Reinesii testimonium in præf. ed. Amm.

[7] cf. Oeuvres d'Oribase, vol. I. p. XL; ibidem Cassius Felix ineunte primo p. Chr. n. saeculo fuisse dicitur! quid de C. A. aetate suspicatus esse doctissimus ille vir putandus est?

[8] Hist. Bot. vol. II. p. 227.

[9] Anecd. II. p. 115; praef. ed. Cass. Fel. p. III; praef. ed Gynaec. Sor. p. IV.

[10] cf. infra p. 9 adnot. 1.

[11] Nec in ceteris libris, quibus partem medicinae methodicae descripsit, ut in libb. de febribus, de adiutoriis, cum sine dubio in illis interpretandis eandem viam atque in libb. cel. et tard. pass. secutus sit. cf. paulo infra p. 10.

sectae suae servire non refutatis iis, quae contra Methodicos dixerat adversarius gravissimus atque celeberrimus? Immo, si ex sua ipsius indole rationem Methodicam exposuisset, Galeno non magis pepercisset, quam Soranus pepercit iis medicis, qui non contra methodum scripsissent, sed aliam medicinae rationem professi essent. Soranus igitur Galenum commemorare non potuit, Caelius autem Methodicorum rationem ita tradidit, ut principis iudicio et quae ex illa essent et quae contra alios medicos dicenda essent sanciret; hoc igitur quam certissimum ponere audeo eum nisi medicinam methodicam, quam quidem Soranus excoluisset, tradere noluisse;[1] quam ob rem medicos qui post Soranum exstiterunt sive adseclas sive adversarios Methodi commemorat nullos.[2] Hecker quidem observavit eorum, quorum nomina in libris cel. et tard. pass. occurrunt, aetate recentissimos esse ipsum Soranum et Antipatrum; illum Galeno vetustiorem esse inter omnes constat, de huius aetate nihil scimus. An quod a Galeno commemoratur eum post Soranum fuisse colligis? Quin eum Sorano aut coaevum aut paulo vetustiorem fuisse inde concludimus, quod a Caelio vel, ut rectius loquar, a Sorano commemoratur?[3] Vereor ne in ceteris plenioribus libris, quibus Soraneos interpretatus est, non aliter res se habeat; contra in Epistulis ad Praetextatum missis, quibus et medica et philosopha videtur tractavisse quin etiam eorum, qui post Soranum in arte medica et in philosophia florerent, rationem habuerit quis est qui dubitet?

Quod si res ita se habet ex Caelii silentio de Galeno[4] id, quod voluerunt vv. dd., ne efficiamus cavebimus. Titulum autem illum Vallitanum nullam præbere ansam ad definiendam aetatem supra diximus Acquiescamus igitur in scriptis ipsis perscrutandis necesse est; atque occurrit inprimis quo abuti solent in eiusmodi quaestionibus, dicendi genus. Reinesius, cui alii adstipulati sunt, propter „dicendi genus incomptum et semibarbarum, ineptas Graecarum vocum etymologias“, similia Caelium „elapsis saeculis melioribus, quae annis quingentis a constituta monarchia communiter circumscribuntur, vixisse“ existimavit. (cf. l. l.) Quo argumento non utemur, si animo nobiscum reputaverimus de scriptore non vere Romano et qui in urbe neque a puero versatus sit neque medicinae operam dare cœperit ac graeco sermone ut in Epistulis ad Praetextatum usus esse videatur, priusquam graeca latinizanda susciperet, qua in re sese laboravisse iterum ac saepius ipse confitetur. Cuius aetatis proprium esse iudicabimus medici et interpretis genus, quod non aliter atque id quo hodie medici utantur a solito differat, quod praeterea modo exemplum graecum, modo praestantissimorum scriptorum

---

[1] Diligentissime quae nondum „ad methodum“ veteres suae sectae principes posuerint effert. cf. De Themisone ed. Amm: p. 108_{81}, 117_{233}, 195_{39}, 287_{50} (ed. I: Adhuc enim, inquit Themison, Asclepiadis erroribus et rudimento temporis methodici fallebantur. sic etiam ed. Amm: disiungendum est post „inquit“ sc. Soranus: Themison Ascl. erroribus et Methodici rudim. temp. falleb.) p. 365_{57}, 566_{77} (p. 427_{218}, 433_{11}, 455_{65}, 527_{90}, 556_{25}); de Thessalo p. 247_{172}, 366_{60}, 567_{81}. Vides Caelium non, ut voluit Reinesius, Thessalum optimum adpellare gestire.

[2] Dubium non est, quin post Soranum methodi adseclae exstiterint, quos C. A. commemorare potuit; temporum invidia factum est, ut ex temporis spatio inde ab aetate Sorani ad Caelium Aurelianum nihil nisi nomina medicorum Romanorum servata sint; certum quidem est Methodicorum, si modo illa aetate fuerunt clariores, nullum S .rani famam obscuravisse.

[3] cf. ed. Amm. p. 404_{137}. Non video quid obstet, ne Antipatrum quoque hoc loco a Sorano reprehendi sumamus. Neque enim veri est simile Caelium eorum, qui ante Soranum fuerunt, commemorare plurimos neque principes solum, sed etiam sectatores eorum haud ita celebres, contra ex posteriorum numero unum Antipatrum quem nemo fere videatur novisse. Ceterum de aetate plurimorum medicorum adeo non constat, ut quidquam certi edere vix audeas.

[4] Quomodo de Galeno indicavisse putandus est is, qui in magistri verba iurare constituerit?

latinorum genus modo ut voluerunt vv. dd. „rusticitatem" aut „africitatem" sapiat? Rectius haec scripta componere studebimus cum aliis quae communi quadam ratione et argumenti et compositionis saeculum quasi prodant ne scriptor peculiarem locum in litteris videatur obtinuisse.

Ut librum Graecum Epistolarum ad Vettium Agorium Praetextatum missum esse supra suspicarer non solum nomine adductus sum, sed quod Caelius Aurelianus studiorum atque fortasse dicendi rationi voluntatique quam Praetextatus ille suo exemplo expressit obsecutus esse videtur. Num recte vv. dd. libellum qui inter S. Augustini opera fertur qui inscribitur „Categoriae decem ex Aristotele decerptae"[1] nobilissimo illi viro adscripserint hoc loco disceptari nequit; sed quoquo modo res se habet non solum mira intercedit similitudo inter praefatiunculas[2] et illius libelli et Responsionum, verum etiam libellum ipsum perlegenti non nullorum Caelianorum mihi in memoriam venit;[3] porro videas velim quanto opere C. A. cum aliis rebus grammaticis et philosophis quas in scriptis Soraneis repperit tum disputatione illa de categoriis et prosegoriis qua Asclepiadis sententiam refellit delectetur[4]. Sed in his acquiescam; malo suspicionem quam proferre ausus sum diiudicandam relinquere iis qui accuratius quam mihi adhuc licuit cum de litteris tum de philosophiæ studiis illius aetatis quaesiverint. De dicendi autem genere quam similia sint scripta Caeliana et Cassii Felicis libellus qui inscribitur „de Medicina" iam Wöllflin monuit,[5] ita ut vel propter ea longiore temporis spatio alter ab altero seiungi vix possit. Cassius Felix[6] autem prooemio, quod ipsum quoque cum Responsionibus conferre iuvat, se filio „ex graecis logicae sectae auctoribus omnium causarum dogmata in breviloquio latino sermone conscripsisse" docet eumque admonet „ne quid forte huic scripturae addendum vel minuendum" existimet. Cur auctores quos secutus est expressis verbis commemorat ac filium ne quid aliunde petitum addat neve detrahat quod displiceat hortatur? Potuitne fieri ut scriptor ille, Caelii Aureliani civis, sed christianus, suum libellum opponere vellet Responsionibus, quibus Methodicus ille Siccensis ipse quoque id egit ut breviter totam medicinam divulgaret? necdum plane abiciam Responsionum inscriptionem „de medicina."[7] Cassium Felicem

[1] cf. Migne Patrol patr. lat. vol. XXXII. p. 1421 sq; huius fere aetatis libellum illum esse vv. dd. consentiunt.

[2] cf. etiam exitum.

[3] Velut auctor illius libelli exempla hic illic ex arte medica sumpsit; deinde occurrunt qualia apud C. A. saepissime legas talia: asserent, advertentes (post quae tamen auctor ille ut homo vere Romanus et summo loco natus (?) acc. c. inf. posuit, cum C. A. coniunctionibus quod quia quomodo quoniam soleat uti), proprie et principaliter, adiectivorum in-ilis et-ibilis exeuntium frequentia, usus pronom. reflexivi, e. g. perseveratione sui, alia.

[4] Mirum quam copiose de Asclepiade in scriptis Caelianis agatur; haud scio an C. A. ad ea quae ut medicus de illo Soranus monuerat non nulla de philosopho adiecerit ut disputationem illam, caput illud de dogmate Asclepiadis (ed. Amm. cel. lib. I. cap. XVI), alia.

[5] cf. Sitzgsber. der kgl. bayer. Acad. d. Wiss. 1880, Wöllflinii commentationem quae inscribitur „die Latinität des Cass. Felix." cf. etiam Rose praef. ed. Cass. Fel. De Medicina. Rose tamen Caelium Aurelianum post Cassium Felicem fuisse statuit. cf. supra p. 9.

[6] Cassius Felix „omnipotentis dei nutu" monitus libellum de medicina scribendum suscepit; fortasse a graviore morbo liberatus sanitatem recuperaverat opera medici sectae logicae tum cum plurimi medici artem ex Methodicorum ratione quam C. A. quasi restituerat exercebant.

[7] cf. infra in testim.; sc Responsionum ita ut eodem titulo usus sit Cass. Felix ac C. A.

autem circa annum quadringentensimum quadragensimum septimum fuisse scimus; quodsi stare possunt ea quae proposui ad aetatem medici Siccensis definiendam, C. A. exeunte saeculo p. Ch. n. quarto, quinto ineunte fuit; videtur tamen maiorem vitae partem degisse saeculo quarto.

Sed iam finem faciam prooemii; quae praeter ea habeo de ipso auctore eiusque aetate ea adnotare malo ad locos ex quibus aliquid possit enucleari; spero autem fore ut nova et fortasse graviora ex maioribus libris efficiantur, quos perscrutari non desisto; adhuc non dubito iudicare Caelium Aurelianum aequalem fuisse Symmachorum,[2] Praetextatorum, aliorum[3] qui illa ipsa aetate studiis grammaticis, philosophis, historicis florebant.

---

[1] Jisdem finibus Haeser Caelii Aureliani aetatem circumscripsit, sed facile intellegitur quam vano nitatur argumento; dicit enim (Hist. Med. ed. III p. 321) haec: „Die angegebene Bestimmung der Lebenszeit des Caelius, für welche sich schon Reinesius entschied (Variae lect. Altenburg 1640, 4. III. 17) gründet sich darauf, dass Marcellus Empiricus, dessen Schrift de medicamentis nicht vor 408 n. Chr. verfasst sein kann, des Pseudo-Plinius gedenkt, welcher die Werke des Caelius benutzte;" nam paulo ante dixerat: „ein wahrscheinlich in das Ende des IV. oder den Anfang des V. Jhdts. zu setzender Schriftsteller;" sed Rosei commentationem quae inscribitur „Ueber die Medicina Plinii" (in Hermae vol. VIII p. 18—66) aut non legit aut non intellexit. (cf. ibid. cum p. 20 tum p. 62.)

[2] Cum primo cel. pass. enuntiato, in quo emendando tanto opere vv. dd. sudaverunt, conferre iuvat id quod L. Aur. Avianius Symmachus Q. Aur. Symmacho filio scripsit: (ep. 1. 2) „*quia nihil est, quod agam, et si nihil agam,* subit me maiorum meorum misera recordatio, inveni quod illis libellis quos nuper dictaveram possimus adicere."

[3] Ut C. A. artem medicam sic rhetoricam alii interrogationibus et responsionibus composuerunt; feruntur aetatis qua C. A. fuisse mihi persuasum est C. Chirii Fortunatiani artis rhetoricae libri III.

CAP. I.

De maioribus libris qui supersunt celerum et tardarum passionum.

Quoniam interierunt duo illi codices quorum ex altero primum in lucem prodierunt „Caelii Aureliani Siccensis Tardarum Passionum libri V“ curante Joanne Sichardo,[1] ex altero eiusdem „Caelii Aureliani Methodici Siccensis liber (sic!) Celerum vel Acutarum Passionum qua licuit diligentia recognitus atque nunc primum in lucem aeditus“ est ab Joanne Guinterio Andernaco,[2] amissis igitur illis neque aliis quantum scio ad hunc diem repertis eorum operum libris manu scriptis viris doctis crimini vix dabimus quod novam editionem aetate nostra dignam adhuc desideramus. Neque enim umquam publici iuris facta est, ut supra iam diximus, illa quam Daremberg se daturum esse pollicitus erat in corpore scriptorum medicorum quod una cum Bussemakero circa annum h. s. L. edendum susceperat; tamen quibus auxiliis in textu emendando usurus esset in primo illius collectionis volumine ipse nos docuit.[3] Daremberg enim cum anno h. s. XLVII in secundo Jani volumine libellum qui dicitur Aurelii de acutis passionibus primum ederet e cod. Bruxellensi[4] non solum hunc librum ex Caelii libris qui sunt de iisdem passionibus correptum esse, sed etiam ipsum nomen in illo Aurelii latere sibi persuasit; quam ob rem ex Aurelii et Escolapii — Rose Pseudo-Plinii medicinam, Passionarios saec. XI (Petroncellum, Garipotum) addidit[5] — codicibus gravissimam medelam petere posse sibi videbatur ad emendandos Caelii libros ab editoribus saec. XVI et XVIII male castigatos. Viginti fere annis post Rose cum in cod. Augiensi CXX. et Londinensi duo fragmenta Responsionum detexisset detectaque recognovisset[6] has ipsas, non pleniores libros a posterioribus exscrip-

[1] Basileis a. MDXXIX apud Henricum Petrum (adiuvante Jano Cornario medico). cf. Rose anecd. II. p. 165.

[2] Parisiis a. MDXXXIII apud Simonem Colinaeum. utraque ed. in biblioth. univ. reg. Bonnensi servatur.

[3] Est vol. I. Oribasii, quae editio non tam textus emendationibus quam commentariis locupletissimis commendatur; in praef. p. XLI. Dar. — scripsit circa a. MDCCCLI. — haec de edit. C. A. dicit: „Je compte aussi publier Cælius Aurélianus, le manuscrit ou les manuscrits qui ont servi à éditer pour la première fois cet auteur paraissent perdus; mais j'ai trouvé des ressources nouvelles pour la constitution du texte, si profondément altéré dans les éditions. Mes recherches m'ont conduit à constater: 1° que l'ouvrage de Gariopontus est en grande partie composé de deux autres ouvrages fort anciens (les manuscrits remontent presque au VII[e] siècle), attribués l'un à Aesculapius, l'autre à Aurélius; 2° que l'ouvrage d'Aurélius (De morbis acutis), que j'ai publié à Breslau dans le Janus, en 1847, est presque exclusivement tiré de Cælius Aurélianus; 3° qu'Aesculapius a aussi une grande analogie avec le même Cælius Aurélianus, d'où il résulte que la collation des manuscrits, soit de Gariopontus, soit des deux auteurs qu'il a réunis, servira a corriger le texte de Cælius Aurélianus.

Escolapii librum cum libris tard. pass. ipse comparavi; quae utriusque operis sit ratio infra dicetur.

[4] Janus, Zeitschrift f. Gesch. & Litt. d. Medicin, ed. Henschel, vol. II. Bratisl. 1847. p. 468—499, p. 690—731. Dar. postea paulo aliter sensisse videtur.

[5] cf. Rose l. l. cf. p. 1 adnot 2. supra.

[6] Quae fragmenta ipse retractavi; ‚Salutaria praecepta‘ seorsum typis exprimenda nunc curo; copiosius ibi praefatus sum de libris Responsionum restituendis.

tos esse demonstravit. Quae cum ita sint venia mihi detur quod nunc ea retractanda suscepi quae Daremberg et Rose iam animadverterunt; id potissimum egi ut et accuratius quam illi licuit et luculentius quam hic fecit demonstrarem quatenus quomodo Aurelii et Escolapii libris utendum sit ad castigandum textum quem exhibent edd. principes Componam autem primum duo Responsionum frusta quae Caelium Aurelianum in libb. cel. et tard. pass. inseruisse vv. dd. ostenderunt cum fragmento Responsionum cod. Augiensis CXX (A) et cum Aurelii et Escolapii codicibus quos quidem inspicere licuerit, deinde non nulla alia illorum librorum cum iisdem Aurelio et Escolapio.[1]

[1] De Aurelii et Escolapii codd. qui exstant cf. Daremberg et Rose l. l. Ipse anno superiore partim Caroliruhae partim Argentorati ex cod. Aug. CXX saec. IX-X praeter Responsionum fragmenta libros Aurelii et Escolapii — nec nomina nec tituli in hoc cod. exstant — descripsi; facere non possum quin hoc loco maximas agam gratias A. Holder, custodi bibliothecae Caroliruhensis doctissimo, qui pro humanitate ac benignitate sua et consilio et opera me iuvare non destitit atque etiam pretiosissimum illum librum Augiensem mihi Argentoratum mittendum curavit; exemplum meum libri Aurelii ad cod. Casinensem XCVII saec. IX-X (cf. De Renzi, Storia della Medicina in Italia; Caravita, J codici à Monte Cassino; Biblioth. Casin. vol. III.) benigne mihi contulit G. Ficker; codicis Bruxellensis descriptionem Aurelii celer. pass. mihi promissam ad hunc exspecto diem; Parisiis fragmentum libri Escolapii tardar. pass. ad cod. Brux. fol. 66-77 (suspicor eundem esse quem Dar. vidit) descriptum (a Claudio, huius bibl. olim custode) inspexi; Escolapii librum ab Joanne Schotto Argentorati a. MDXXXIII typis expressum cum cod. Aug. contuli. (Physica S. Hildegardis, Oribasii Medici de Simplicibus libri V, Theodori Physici dieta, Esculapii Liber Unus De morborum etc. Argent. ap. J. Schottum MDXXXIII.) cf. Rose l. l. Vides igitur me neque omnium codicum testimonis et ex parte aliorum apographis ut Darembergii usurum esse. Codd. autem hunc in modum significantur:

A: Responsionum fragm. cod. Augiensis saec. IX-X. Aurelii et Escolapii libros ex eodem codice descriptos litt. AA significabo.

C: liber Aurelii cod. Casinensis saec. IX-X; inest etiam liber Escolapii.

B: liber Aurelii e cod. Bruxellensi saec. XII Darembergii cura l. l. typis expressus.

BP: liber Escolapii ex fragmento Parisiensi (Bibl. Nat. Nouv. fond. lat. N° 9329), cap. I-XVIIII.

I.

Caelii Aureliani Methodici Siccensis Oxeon Liber Secundus.
ed. I Par. fol. 78ᵛ-79ʳ.

Quomodo discernimus cardiacos ab his, qui prospero sudore liberâtur, quê Graeci criticum vocant. cap. XXXVI.

Quomodo etiam prosperi sudores quos Graeci criticos vocant, habent quiddam circa visum similitudinis cum cardiacis, ob ipsam redundâtiam, quippe in solutionem vehementium, vel continuarum febriû salutari motu venientes, utile duximus eorum ponere discretionem. Multi etenim imperiti medici prosperos, atque mediocres sudores constringentes, morbosa ęgrotantibus reddiderunt corpora diaphoreticos adiuûâtes, ȼausa mortis extiterunt. Quare eorum differentiam necessario ducimus ordinandam, quae varia ratione colligitur. Nam primo ex praeteritis, dehine ex genere passionû & magnitudine, & temporibus, & sudoris ipsi' ordine, & quantitate, et qualitate significatio firmatur. Ex praeteritis inquâ quum consideramus utrum signa futuri sudoris diaphoretici, an salutaris praecesserint. Ex genere

C. A. Responsion. fragmentum e cod. A (ug. CXX). fol. 110ʳ
Rose p. 213 sq.

Quomodo discernis cretice sudantem ab eo qui diaforesin solvitur ⁏ ——————

non facilem ⁏ sed satis necessariam questionem proponis;

Nam plurimi medici ei' dissertionem ignaris salutaris sodoris inventis passionis egrotantibus reddiderunt ⁏ Hos alii diaforeticos conlaxanti causammortis extiterunt; Ut deeorum differentiam necessario sugeris ordinanda ⁏ que vera ratione colligitur; Nam primum ex preteritis ⁏ dehinc ex genere passionis et magnitudinem temporis ⁏ et sudoris ipsius ordine; equalitate ⁏ et quantitate; et significatio; firmatur ex preteritis in quam; Cum consideramus ⁏ utrum signa sudoris diaforerticis an salutaris pre-

Aurelii liber de acutis passionibus ex cod. AA fol. 22ʳ-23ʳ
III DE SUDORES.)*

Quomodo discernis cr&ice sudantem hoc est distinctibilis sudor qui est necessarius ab eo qui diaforesim solvitur ——

non facilem & satis necessariâ quęstionê preponis.

Nam plurimi medici & dilectionis signa salutaria sudores inminentes passioni egrotantibus reddidert' & alii diafor&icos conlatinantes causamortis extiterunt. Unde eorû differentię necessario iugiter mox ordinanda uaria ratione Tollentur primû ex pr&eritis eodem hic ex genere mox numerû & magnitudinem talê pro & sudor ipsius & ordine & quantitate & qualitate significatio fierit naturae neutri Inqua consideramus utrum sit apueri dolores diaforeticis hanc salutaris

---

*) C. De sudorę̃ B De sudore | 1. CB cretice | 2. C discutiuilis B discutibilis | 4. C-isin B qui est diaforisis? Solvitur | 5. CB facile sed | 6. C ꝓponis B pro- B, nam | 7. C ejus directione¹ˢ, is *m. 2. superscr.* B ejus directione | 8. B sudoris imminentis | 9—10. C passionib; B-bus C ęgrotantibus | 12. C c̄laxantes B conlaxantes | 14. B differentiam CB necessaria suggerim; B-mus | 15. CB *om.* mox C ordinata quę B ordinatamque? Varia | 16. colligit' B-ur CB primo | 16-17. CB ex pre- [B prae-] teritis diebus CB dehinc *pro* eodem hic B e | 18. CB *om.* mox CB passionû *pro* numerû | 18-21. C et magnitudine ⁏ et quantitate ⁏ et qualitate ⁏ significatio firmat', B et magnitudine et temporibus, et sudoribus ipsis, et ordine, et quantitate, et qualitate. Significatio firmatur | 22. C ex p̄teritis. In quo c. B ex praeteritis, in quo c. | 23. CB utrum signa C futura d. B futuri d. | 24. CB diaforetici

passionum, quum qualitatem attendimus passionis. si enim solutio inest, sudor etiam inutilis ac diaphoreticus esse monstratur: sin vero strictura inest, attendenda magnitudo. Parua enim passio diaphoresim pati non potest. Si autê magna fuerit, attendendum tempus. in statu enim totius passionis, atq; temporalis accessionis, vel limpida dimissione criticus magis sudor ostenditur. In initio autem vel augmento perniciosus. Ex ordine inquâ sudoris ipsius. aequalis enim bonus, inaequalis mal' sudor iudicatur. Ex quâtitate signum accipimus moderationem considerantes, modicus enim sudor bonus, immodicus malus accipitur. Sed deniq; sudantes excessa moderatione diaphoresin incurrerunt. Ex qualitate autem significationem accipimus cum tactus iudicium adhibemus. Salutaris enim sudor calidus, tenuis, & non male redolens probatur. Perniciosus autem sudor, frigidus & succidus, & male redolens atq; putridae carnis similis invenitur. Dehinc ex praesentibus atq; concurrentibus si-

cesserunt; ex genus passionum⁝ qualitatem passionis adtendimus; Si enim solutio inest⁝ sudor etiam inutilis ac diaforeticus ee monstratur⁝ si vero strictura inest⁝ adtendenda magnitudo: parva enim passio diaforesin ferre non potest; Si aut̄ magna fuerit adtendendum tempus⁝ in statu autem totius passionis atque temporalis accessionis vel limpida dimissione. Creticus sudor ostenditur; In initio autem vel augmento: pernitio⁝ in ordine inquam ęqualis⁝ bonus enim⁝ inęqualis autem malus sudor iudicatur; Ex quantitate signum accipimus⁝ moderationem considerantes; Modicus enim sudor bonus⁝ inmodicus autem⁝ malus accipitur. Denique recte sudantes ex inmoderatione diaforesin incurrunt⁝ Ex qualitate autem significationem accipimus. cum tactus iudicium adhibemus; salutaris enim sudor calidus tenuis eſ non male re / olens probatur perniciosus autem frigidus adque succidus reolens aquatus carnium similis invenitur⁝ Dehinc exper-

precesserit ut genere passionum. In qualitate passionis adtendimus Si enim solutio Inest cum sudore, tunc diaforeticus reministratur Si vero instricture est adtendenda egritudo parva enî passio diaforesin ferre non potest; Si aut̄ magna fuerit adtendendum tempus. Si statuerit post his passionis atq. temporalis accessionis limpida diffusione mer&cur magis sudor ostenditur. Initio aut̄ de eo merito pernitiosus exhordi. Neumquam sudoris ipsis trepidis aut̄ malus sudor appellantur ex quantitate signum accipimus moderationem considerantis. Modicus aut̄ sudor bonus Inmodicus malus accipitur. Deniq. recte sudantes ex accepta moderatione foresim Incurrunt ex qualitate significatione accepimus cum staturi iuditium adhibemus salutaris enî sudor calidus tenuis et non male olens. perniciosus aut̄ frigidus adq. acidus & male olens adq. luture carnium similis invenitur. Dehinc ex pre-

C ac sal. B an sal. | 25. B praecesserint C ex gen. B. Ex gen. | 26. CB In qualitatê (B-em) B att- | 27 CB solutiones; *deest* Inest | 28. CB unde *pro* tunc C diaforiticus | 29. C ee B esse C monstrat' B-tur | 30. B instrictura B att- | 31. CB magnitudo | 32. C diaforisin | 33. B autem | 34. CB *deest* si, *recte Dar.* | 34-35. CB potius *pro* post his C ad B at C temporalê | 36. C limpidâ diffusionê | 37. CB ne creticus magis C sudorê | 38. CB Initiû | 38-39. C de augm̄tû B de—o C ꝑmptiosius B perniciosus | 39-40. C ex ordine umquâ B ex o. nunquam | 40-41. CB aequalis *pro* ipsis trepidis | 42. CB sudor iudicatur | 43. C accepimus | 44. CB considerantes | 45. B Imm- | 47. B Denique CB excepta *pro* ex acc- | 48. C diaforysin B diaforesin | 49. *post* Incurrunt C & B *disting.*; C ⁝ | 49-50. CB significationem | 50. CB daturi, *recte sensit Dar.* | 51. CB iudicio C adhiuemus | 55-57. C male olens atq; ut locus ⁝ carnium s. i. B m. o. atque localis est carnium s. i. CB deinceps C *om.* ex C p̄- B prae- |

gnis confirmanda significatio. Nam diaphoreticis magis paruus atq; creber & imbecillis & inanis pulsus inuenitur, thorax etiam grauatus cum respiratione frequenti, & iactatione, ac desponsione animi, vocis etiam tenuitate, attestante pallore. Recte autem sudâ tibus pulsus erectior, respiratio facilior, ac leuior efficitur, & in somno prona delectatio, & omniû adversorum minutio cum animi atq; corporis releuatione.

tibus atque concurrentibus signis adfirmanda significatio est⁝ Nam diaforeticis magis parbus atque creber inbecillis inanis invenitur pulsus | Thorax etiam gravatur cum respiratione frequenti acratione positione animi. vocis etiam ténuitatem adtestante pallore⁝ Recte autem sudantibus pulsus erectior, respiratio facilis adque levior efficitur; In somnum etiam prona deiectio et omnium diversoriorum diminutio cum anime atque corporis relevatione.

sentibus adq. concurrentibus signis firmas dat significationê Nam diaforeticus magis parvus adq. creb& ut inbecillus et ingens pulsus invenitur. Toracis etiam gravatur cum inspiratione frequenti iactatione hac desponsione animi uocis &iam tenuitatê. adtestante pallore; Recte aut̄ sudan tibus pulsus erectior respiratio facilis atq. leuior efficitur. In somno enim prona delectatio hominû adversorû diminutio cum anime adq. corporis salutatione et rectû salutaris ordinê.

ed. I libb. cel.

Quomodo discernimus cardiacos ab his qui in stomacho patiente sudauerint. Cap. XXXV. ed. I. fol. 77ʳ sq.[1]

Cod. A.

Quomodo discernis a cardiaco eum qui exthomachi passione sudaverit; ex stomachi passionem sudare agnoscimus eum qui sine dolore eiusdem artis vexari fatetur⁝ hoc est sub pectore aut inter palas⁝ adtestante aliquando singultu⁝ adque acceptum cibum obstensura corporis cum salibarum fluore et nauxia et vomitum.

Cod. AA. *)

Quomodo cernis acardiaco eum qui ex·tomachi passione sudauerint. ex stomachi passione sudantes sic agnoscimus eû qui sine dolore quadam partes vexari fertur. hoc est sub pectore aut inter palas, adtestante aliquanto singulo atq; post acceptû cibû pressura corporis cum saliuarû fluore & nausiarû motum.

57. c atq. b atque | 59. cb firmanda significant' (b-tur) | 60. c Nam significatio et diaf- b nam significatur et diaf- | 61 c atq. b atque cb creber et c inbeccillus b imbellicus | 63-64. cb *om.* Toracis-frequenti | 65. cb ac | 67. desudantibus | 68. c erector | 71. cb omniû c diversorû | 72. c animi b animo cb atq; | 73. b recto | 74. cb ordine.

*) 1. c ad cardiaco b ad c-um b *om.* eum | 2. s *superscr.* 2. *man.* c ex stomachi b quia et isstomachi | 3. cb sudaverit | 4. c sudantê si b Et sic agnoscimus eum, *recte Dar.* | 5. b quodam cb partis | 6. b att- | 7. cb aliquando singultu | 10 b nausearum cb motu fiunt. |

[1] C. A. igitur ordinem Responsionum in pleniore libro non servavisse videtur; operae pretium est paucis de hac re disserere. Nisi adesset lib. cel. II. cap. XXXVI, non dubitaremus iudicare hanc interr. et resp. (Rose 40.) in codice A suo loco non legi; neque enim quo modo cum cardiaca passione cohaereret intellegeretur. accedit quod responsio copiosissima inter ceteras brevitate haud raro difficillimas offensioni non esse non potest; attamen quin a scriptore ipso hoc loco collocata sit quis est qui initio illius capitis lecto dubitet? sed nego hunc ordinem a Sorano quoque constitutum esse. Nullius momenti est ad hanc ordinis quaestionem quod Aurelius haec capite III cum febribus composuit; nam cum paulo ante (Darbg. p. 491., 492. l. l.) de sudoribus critico

et diaphoretico dixisset hanc discretionem ille ex genuino loco arripere facile potuit; eam enim re vera magis ad febres quam ad cardiacam passionem pertinere ex libris C. A ipsius apparet (cf. e. g. p. 165_{24} & infra test. 1.) nec scio an ex Aurelii libro (et ex alterius Resp. fragmenti initio) colligere liceat Caelium Aurelianum cum de febribus diceret paucis tantum hanc discretionem significavisse; neque enim quisquam existimabit illum in iisdem Responsionibus bis et in febribus et in cardiaca passione de iisdem sudoribus eadem verba fecisse. Sed idem ille Aurelius in card. passionis descriptione re vera cardiacum a prospero sudore discrevit, quam disiunctionem C. A. titulo quidem primoque enuntiatio sese facturum esse pollicetur, sed eius loco sudorum diaphoretici et critici differentiam profert; unde apparet primum C. A. sudores diaphoreticum et cardiacum eosdem esse statuisse; deinde valde fit veri simile illum neque in Responsionibus neque in libris περὶ ὀξέων Soraneis interpretandis magistri vestigia pressisse; hoc quam certissimum fit, si demonstratum erit alterum illum fontem Methodicum Aurelii (cf. Rose et infra) ab ipso Sorano emanare. C. A. igitur cum ut volunt vv. dd. Sorani Responsiones latino sermone exprimeret omissis interr. et resp. Soraneis brevissimis de sudore card. et crit. copiosissimam illam ex libris de febribus ut videtur arreptam posuit; quam postea cum libros cel. pass. interpretaretur translato titulo primoque enuntiato discretionis Soraneae loco quae in libb. περὶ ὀξέων erat integram fere sumpsit. Atque etiam ordinem capitum in libb. cel. hoc loco mutavit. In Resp. frag. et in Aurelii libro (Dar. p. 494—5 & 712—713) sudor stomachicorum cardiacum sequitur; in libb. cel. pass. Caelio Aureliano aptius videbatur esse quaestioni de loco patienti in passione cardiaca subiungi sudorem in stomachica; quod vero in initio huius capitis II. xxxv. „horum [i. e. stomachicorum] quoque discretionem faciendam“ existimat, testimonio est in opere Soraneo antea dictum esse de sudore critico; atque adeo mutationis oblitus est C. A. ut cap. XXXVI adnecteret per „Quomodo etiam“ (non ‚Quoniam etiam‘ ut ed. Amm.), nisi forte ‚etiam‘ ob ‚quomodo‘ in titulo et in cap. initio positum librario cuidam adsignare mavis; cum autem totum fere caput Soraneum omiserit nimirum ut eius loco poneret ea quae ipse in responsionibus dixisset, etiamsi ad rem ipsam non pertinerent, illum artis suae haud ita peritum fuisse iudicabimus.

Jam quaeritur cur ne in Responsionibus quidem interrogationem et responsionem Soraneam servaverit; nam hoc mihi concedent vv. dd. qui quidem Soranum Interr. et Resp. composuisse sumpserint illum pro interr. et. resp. quas Caelius exhibet (Rose 40.) hunc fere in modum interrogavisse: „Quomodo discernis a cardiaco critice sudantem?“ Estne veri simile Caelium Aurelianum hanc interr. et resp. superfluam vel ineptam esse putavisse? Alia proferas velim quibus demonstretur C. A. tacitum posuisse id quod rectius quam Soranus sensisse ipse sibi videretur; nonne veri similius est illum Resp. libros ex omnibus libris Soraneis utpote plenioribus ita congessisse ut omnino illorum libb. dispositionem sequeretur, sed singula suo ipsius arbitrio componeret? cf. infra.

II.

Caelii Aureliani Siccensis Chronion Liber II. ed. I. Bas. fol. 53 (cap. IX.)

Nominatur autem sanguinis fluor duplici significatione, propria, & abusiua: Nam propria est, qua ex supernis partibus labens fluor significatur, ut de capite per sensuales vias: Abusiva est, qua etiâ ex inferioribus ascendens fluor significatur, ut ex pulmone uel stomacho, nausea aut tussicula exclusus: Jmproprium est enim fluorem uocare id quod ascensu quodam, non lapsu fertur. Sed haec Graeci uersa uice posuerunt, deriuationem nominis intuentes: Hij enim anagogen uocant quod magis ex inferioribus ad superiora fluorem significat.

C. A. Responsion. fragm. e cod. A. fol. 114' Rose l. l. p. 224.

De sanguinis fluore quod significationis fluoris sanguinis duę proprię abusive (sic cod.!) ꝓpria est quae ex superioribus partibus labens fluor significatur. Unde capiti per sensum abusiva est; quedam ex superioribus ascendens fluor pulmone vel stomacho nausiâ tussicule exclusus. Proprium enim est fluorem uocare id quod sensu quod lapsu non fertur. et hac greci uersa uice posuerunt Nationem hominis intuentis. hic emanagogen uocauerunt quae magis inferioribus ad superiora fluore significat.

Escolapii liber de tardis passionibus ex cod. AA fol. 49' *) (deest titulus)

o cest sanguinem reicientibus quod signifacati°nes sunt plures: sanguinis de propria & habusiva: propria est quia ex supernis partibus labens fluor significatur de capite |||||||||||||| Abusiva est; Quae &iam ex inferioribus accedens fluor significatur ut ex pulmone vel stomacho nausiatus sicula exclusis. || propriæ ||| enim fluor|| voc*atur* Id quod ascensû quodâ non lapsum feratur. sed greci uersa uice posuerunt deriuationem nominis intuens id enim emagoga uocauerunt quę magis ex inferioribus adfluere significat

---


1. AA *deest littera maj.* H, *in marg. 2. man.* deemopticis. *litt. maj.* ħ *ab eadem m. interjecta.* B hoc ê sanguinê ex puentibus *Ag.* Haemoptoici hoc est s. expuentes sunt. | 2. o 2. *man. superscr.* B quod sunt sign. *Ag.* Horû sign. s. pl. ut sanguinis | 3. B *Ag.* abusiva | 4. B *Ag.* Propria est B qua *sed. superscr.* qud *Ag.* quae BP qua | 6. B labent. BP labent, *Ag.* labitur sicut fluor | 7. *in ras. legi* presens uales uibas BBP *Ag.* per sensuales vibras | 10. B *Ag.* accedente fluore | 11. B Ag. aut ex | 13. B nausia tuss. *Ag.* nausea tuss. | 14. *in ras.* In; e *ad* a 2. *m. adj. sc. ut.* proprie *efficiatur*; *in ras.* est B Inꝓpʼa ê, *superscr.* i BP *Ag* In propria est | 15. em *in ras* B *Ag* fluorem B *Ag* vocare, AA 2 *m. corr. aut ex* vocare *aut ex* vocant | 16. B *Ag* ascensu | 17. BBP lassum B *Ag* fertur. Sed | 20. B *Ag.* intuentes | 21. B ut BP *Ag.* id *Ag.* haemagogen | 22. B Quę | 23. B *Ag.* affluere | *Non nisi iis locis quibus* B *et* BP *dissentiunt huius posui lectiones.*

*) Hanc cod. Brux. frustulam amicus litteris mecum communicavit; in apogr. Paris. signis solutis perpauca aliter leguntur; accedit ed. Argent. lectio (*Ag.*)

Ex priore illa collatione haec colligere licet:

1° In codd. A et AA i. e. Aug. CXX **idem** textus a testibus traditur **diversis**; non eadem ratione traduntur C. A. Responsiones solae atque in libro Aurelii.

2° Codicum libri Aurelii qui quidem mihi praesto sint rationem fingo hanc:[1]



Codd. C et B si modo fides haberi potest descriptioni a Daremberg factae ad **idem** exemplum (α) expressi sunt; praestat α codici AA, B codici C; librarii AA et C permulta non intellexerunt; quod saepius in librarium AA cadit, qui tamen propter id ipsum non nullis locis veri vestigia servavit; emendationis conamina saepe in B et C occurrunt, saepius in B a Dar. ut videtur hic illic emendato.

3° Non omnia quae in ed. I aliter leguntur atque in A Guinterius ex suo arbitrio mutavit sed plurima in codd. x exstiterunt; quae recta exhibet A in ed. I leguntur, non item falsa; unde colligitur non solum codd. x in **Responsionibus** restituendis summi momenti esse, sed etiam codicem Guinterii eumque celerum passionum praebuisse recensionem ex qua A et x derivati sunt et **praestantiorem et vetustiorem.**[2]

De codd. Escolapii et Sichardi tard. pass. ex paucis quae praesto erant haec ausim concludere:

1° Codd. AA et B (BP) Escolapii et textus Argentoratensis **eadem** fere necessitudine coniuncti sunt atque Aurelii AA-C-B;[3] ad **Resp.** restituendas **idem** valent hi atque illi.

2° Cum ed. I proxime accedat ad AA-B (BP)- Arg.[4] atque idem fere statuerimus de ed. I cel. pass. nonne in promptu est idem de Sichardi quoque codice tard. pass. iudicare quod de illo Guinterii?[5]

---

[1] Num de omnium Aurelii et Escolapii codicum necessitudine iudicatum sit nescio; valde his studiis desideratur editio illorum librorum ad omnium codd. fidem derecta.

[2] Nec mirum est, nam usu ut Responsiones aut Aurelii et Escolapii libri non depravabantur, immo interitum vix effugerunt libb. cel. et tard. pass; de ceteris C. A. libris qui interierunt infra dicetur.

[3] Daremberg. Janus II. p. 477: „Le texte (sc. Escolapii Bruxell.) ne diffère pas pour le fond de celui qui est imprimé dans la collectio Argentorati, 1538 fo. (dicit Schotti textum); mais le style et les mots présentent des différences assez notables pour qu'il soit nécessaire de consulter ce MS, si on publie une autre édition d'Esculapius, ce qui ne serait pas une chose inutile, attendu que cet auteur ne mérite pas le mépris, sous lequel Reinesius l'a accablé."

[4] Multa in Schotti textu ab editore mutata esse vel ex paucis quae protuli colligi potest; hinc orta est differentia in genere dicendi quam Daremberg significavit.

[5] Fortasse ad cognationem horum codd. hoc quoque pertinet quod in edd. ppr. ex parte servatae sunt inscriptiones singulorum librorum et subscriptiones graecae ‚oxeon Liber I.' etc. ‚chronion Liber I.' etc. cum in utraque totius operis titulus latinus sit. Omnibus Escol. codd. compositis certius de Sichardi codd. statuere licebit.

Ex utraque autem collatione ad emendandas eas particulas quae a scriptore ipso ex Responsionibus sumptae librisque cel. et tard. pass. insertae inveniantur discimus hoc: Si quid etiam contra omnes codd. editiones principes exhibent non prius licebit mutare quam demonstratum sit scriptorem sic ut edd. pr. tradunt scribere non potuisse cum Resp. particulas non integras in libros pleniores receptas esse viderimus atque infra visuri simus.

Exempla pono haec ex collat. I:

ed. I sola haec praebet (p. 16): „medici prosperos — sudores constringentes morbosa ęgrotantibus reddiderunt corpora“; codd. „passionis (partim-i, partim-ibus) reddiderunt“; legas in hac responsione: ‚passiones‘; C. A. in hoc capite libr. cel. pro eo dicere potuit ‚morbos‘ atque etiam veri simillimum est eum sic scripsisse; Guinterius in cod. suo pro ‚morbos aegr-‘ legit ‚morbosa egr-‘ (typis expressum est ‚ęgr-‘) atque coniectura ‚corpora‘ addidit; sed cum sensu pugnat Guinterii emendatio; agitur de aegrotantibus quibus medici sudore quo a passione liberentur constricto passionem sive morbum e quo evasuri erant reddiderunt i. e. restituerunt vel eos in morbum reiecerunt, non ut voluit Guinterius fortasse usu francogallico deceptus ‚corpora morbosa reddiderunt‘ i. e. effecerunt; in hoc igitur capite lib. II cel. pass. ‚morbos‘, in resp. illa ‚passiones‘ optimo iure tenebimus. In eodem cap. legitur paulo infra „Sed denique“; ‚sed‘ in omn. codd. deest; Guinterius cum vim ‚denique‘ particulae (est eadem fere atque ‚igitur‘) non intellegeret ‚sed‘ praeposuit, nos tollemus.

Alia proferre supersedeo; neque pauca insunt huius generis, in quibus tamen diiudicandis summa utendum est cautione quamvis codd. consensu ut mutemus invitemur.[1]

Jam quaeritur num quid praeter ea i. e. exceptis iis quae ex C. A. Responsionibus et ex illa humoralis medicinae descriptione sumpta esse perspiciuntur codd. Aurelii et Escolapii ad emendandos libros cel. et tard. pass. adferant. Difficillima est quaestio cum id agatur ut qui fuerit tertius ille fons ostendatur methodicus idemque vetustus ex quo Aurelium et Escolapium cetera quae congruant cum praeceptis, non verbis Caelii hausisse Rose statuit. Vereor ne non omnino contingat ut hanc quaestionem persolvamus cum et textus usu tritissimus codicibus valde corruptis traditus sit nec ulla ad aetatem nostram pervenerint Methodicorum opera graeca de his passionibus. Sed nescio an parum de hoc fonte dixerit Rose cum Daremberg nimis leviter Caelii Aureliani libros in epitomis illis corruptos latere iudicarit, quare pauca iterum mecum compares.

I.

Ex Aurelii libro definitiones cum Soraneis componam has:

C. A. cel. pass. lib. II cap. XXI. ed. I p. 72ʳ ed. Amm. p. 146_{163}	*Aurelii q. d. epitoma de acutis passionibus cod. AA fol. 28ʳ *)*	
sed ait [sc. Soranus]	Uerum ipsa| res indicat	1
cardiacam esse passionê	passionem nihil aliut esse quam	
solutionem celerem atque	febrem acutam cum nimio sudoris	
acutam, qua disiici	fluxu| per totum manan||s	

*) 1. AA ipsa *ex* ipsam *corr.* CB ipsa res | 2. B *om.* passionem CB aliud | 3. CB doloris | 4. AA fluxu *ex*

[1] Non possum in hac commentatiuncula de omnibus locis dicere quibus ita edd. pp. lectio aut defendenda aut emendanda sit; ea aptius alias cum copiosius de libb. cel. et tard. pass. tractaturi sumus proferentur.

corpora per omnes viarum particulas apprehendit. Fit autem magis aestatis tempore atque in viris potius quam in mulieribus. & calidis atque iuuenibus corporibus vel habitudine plenis & exercitis *etc.*

paulo infra p. 73ʳ legitur:

At vero si iam fuerit praesens sequitur aegros articulorum frigidus torpor, aliquando etiam omnium crurum vel manuum aut totius corporis, pulsus densus, celer, paruus imbecillis inanis & quasi fluens: increscente passione etiam demersus, obscurus, tremulus & formicabilis & inordinatus ac deserens, attestante halucinatione desposione cum uigiliis iugibus, & quibusdam ! repentinis atque coacervatus per totum corpus sudor. *etc.*

cum primo pulso| uenarum quae * signa procedunt cardiacis. Haec passio plerumque * estatis temporibus esse et facile dat facilius uideri aduenit haec passio in calidiora corpora & iuuenibus boni corporis habitudinem *etqs.*

cod. AA. fol. 29ʳ:

ubi autem facti esse ceperint cardiaci sequentes eos refrigerantes summe manus & plante plerumque & eos eisque adgubitum & genua uel etiam per totum corpus uene pulsus est id est uelox paruus minus clarus inanis et uelut eleuent; Atubi ceperit crescere passio uibrans neque clarus & cum tremore & formidatione & incondito & se subducens. Sequitur eos defectio animi atque subductio ! et numquam dormiunt; Quibusdam eorum sudor seminius per totum corpus effundit *etc.*

Synanchen C. A. iuxta Sorani sententiam sic definivit:
ed. I. fol. 90ʳ.

Nos vero iuxta Sorani sententiam synanchen dicimus difficultatem transvorandi atque praefocationem acutam ob

Cod. AA. fol. 27ʳ (CB. cap. XII. C. de synacis B de sinanci) AA. XIII. DE SINANCE. *)

difinitio autem sinance est difficilis translatio et prefocatio acuta cum

---

fluxum *corr.* CB fluxu AA *ex* manantes *corr.* C. manantes *corr. ex* manentes B manante | 5. AA pulso *ex* pulsom *corr. et* V *superscr.* O. C pulso B pulsus | 5-6. C uenarumq; B venarum C *-* *om.* B praeecedant | 7. B cardiaca passio C statim | 8. C esse ut B est et C f. ledat B f. laedat | 9. B uidetur ad uenire C et *pro* haec | 12. B bonae c. habitudinis C auitudines. | 16. C sequentur B refrigeramus | 17. C summę B summas AA manus *ex* mamus *corr.* C plantę B plantas | 18. *pro* & eos C eos B *om.* CB usque | 19 B ad cub- | 20. C uęne B Venae | 21. id est *om.* C. C clausû B clausus | 22. CB ueluti C leuis B leues | 24. B clara sed | 25. CB condito subducens | 28. B quorum (*om.* C) sudor | 29. C *1. m.* seninuus *corr. 2. m. in* seminius *vel* senimuus (?) B est minimus | 30. C diff- B se diff- |

*) 1. CB def- ante | 2. C synance B synancen | 4. C acute |

vehementiam tumoris faucium, sive in locis quibus nutrimenta transuorauimus.
Adiecta est autem transuorandi difficultati praefocatio celerrima sive acuta. ad discretionem tumoris tonsillarum sive uuae.

ualitudo Imp&um circa
ingluuiem. Nam
hoc tussillarum
imp&um differ&
quod haec acuta
passio est.

Extremum adferam cap. XXXV libri cel. pass. II:

ed. I p. 77ʳ-78ʳ

Quomodo discernimus cardiacos ab his qui in stomacho patiente sudauerint?

Sententia Asclepiadis refutata C. A. sic pergit:

Dicendû itaque stomacho nunc tumente, nunc deficiente in tumore feruorem atque dolorem fieri, sub his partibus pectoris quę costis teguntur, vel ex adverso inter palas: aliquando etiam post cibum pressuram. At uero si defectione fuerit stomachus affectus, fluor sequitur saliuarû, & humecta callositas & nausea, vel uomitus liquidorum atque cibi, frigus etiam articulorum. initio enim nunc feruore nunc frigore afficiuntur. In cardiacis vero neque dolor, neque post cibum grauedo, neque uomitus esse perspicitur, & torpor

cod. AA fol. 29ʳ (Darembg. Janus II. p. 712-3)

Quomodo separamus passionem cardiacorum? a passione stomachi. **)

Si In stomachǒm causam fuerit.
in feruore sequetur; Stomachi inantemon
non ualidum dicimus in feruore sequi
Initio hoc dolore; Itemquedam duritiae
si in precordiis inueniatur uel
in dorso item inpressuram
fiat post acceptum cibum;
Quodsi inbecillitas adstitit stomachi multum exponte
tumidum os habent stomachi
nausium patiuntur! reiciunt
humores; non numquam & cibum
sumtum! & manus infrigdant hac pedes
Idque fit Inequaliter;
Nam plerumque calescunt cardiaci autem
nullum dolorem inspirantibus sentiunt!
neque grauantur. post cibum neque reiciunt

---

5. C ualido impetu | 6. C inguine B inguinem | 7. CB tons- | 8. CB impetu B differt | 9. B ea ac. C *om.*

**) 15. B separemus | 20. AA V *superscr. corr.* stomachum C-û B-o CB causa | 21. C *om.* in C feruor CB sequitur C stomachû B ut st-um C innato annos B inante annos AA e *ex* o *corr.* | 22. B dicam; *Drbg.* ut-dicam *uncis incl.* | 23. B initium CB ac C dolor B dolorem CB et item quaedam B durities | 24. C si *om.* C inveniuntur | 25. C et pressura B ut p-a | 26. C fit | 27. C inuecc- B imbec- B adsistat | 28. B *ex* r *corr.* | 28-29. C expuunt et humidum B exsp- et hum. | 30. CB nausiam | 32. CB sumptum B infrigidant CB ac | 33. CB sicque CB inaequ- | 34. B Cardiacum | 35. C dolore |

frigidus idem atque aequalis perseuerat. Dehinc sudor aliquando cardiacis crassus excluditur & male redolens, ut saniem vel cruorem simulet. His uero qui stomacho patiuntur, tenuis omnino atque aquatus sudor inuenitur. Item animi defectio, stomacho incipiente magis accessione fiet: cardiacis uero recedente. At si vero utrę-que passiones eodem concurrerint tempore, obscuratur discretionis fides, sed nihil curatio impeditur. Si quidem iisdem adiutoriis curentur.

[*Sequuntur alia similia.*]
Generaliter autem cardiaca passio est solutionis, atque una acutarum & uehementium passionum. Sed aliquando huic miscentur quaedam stricturae accidentia, ut tensio, uel tumor partium mediarum quae non speciali concursu, ac significatione sint cardiacis ascribenda.

rigorem illum summarum manum adque plantarum aequalem habent sudor quae eis
plerumque crassus adest
malis odoris.
eos aut qui
pressura stomachi sudant tenuis
sudor
operitur semper & subductio animi
vel machi (sic!) inante cum accipiunt
accessio fiat
quamquam
subdiuisio atque separatio
obcur&ur; Tamen ieiunus
cur& quod adhibemus in
nullo inpletur. ut cum eidem
adiutoriis utamur. Est

autem passio cardiaca
defluxis & acutis & ualidis
eo quod
& stricturis quędam
eis non desinent ut eas
extensio prę cordiorum &
imp&us quibus est;

II.

Ex Escolapii libro pauca de curationibus quae ipsae quoque unius auctoris esse soleant cum C. A. componam:

In curatione articulorum passionis (tard. lib. V. cap. II) leguntur haec: ed. I p. 127-8 ed. Am: 561 37—38.

Escolapius in cap. XLVII (ed. Arg. XLVI) quod inscribitur DE ARTRITICIS *(2. m.) cod. AA. fol. 93ʳ (ed. Argent. fol. LXXVI) haec fere de curatione dicit:* *)

37. CB manuû atque | 38. CB sudorque | 39. C grassus | 40. CB et mali | 41. B eis | 42. CB per pressuram AA sudant *ex* sudunt *corr.* CB tenuus | 44. CB oboritur CB *om.* & | 45. CB stomachi CB *om.* inante C incipit B incipiat | 46. C fit | 49. C obscuret B obscuretur *pro* iciunus CB genus | 50. CB curae C adhiuemus | 51. CB inpl- B *om.* cum B eisdem | 54. B de fluxis | 55. C ual. humorib; | 56. *om.* & CB stricturae | 57. CB desinunt C et eas B ut eis | 58. B tensio | 59. B inpectore aliquibus est.

* nec C nec B nec BP aderant.

Tû cû firma declinatio fuerit côstituta adhibêda etiâ cerotaria ex oleo dulci vel cyprino, aut ex adipe côfectû medicamê quod Graeci diasteaton uocant, tûc malagma diachylon uel mnaseû, aut quod appellant diateleos, uel dioxeleon, uel diathallassestum, paulatim fortificandum corpus deambulatione liberis calciamento pedibus, & cum cautione aduersatiû rerum, ut nequid nimis, maxime uini, aut indigestionis, aut Veneris.

Si ad meliora uenerint *(Arg. Si id meliorauerit)* balneas *(Arg-is)* utantur & uarios cibos. *(Arg. & uaporibus, cibis)* & potiones aquatas. *(Arg. & potibus aquatis)* cum euersionē *(Arg. c. auersione)* morbi. & cerotaria *(Arg.-iis)* ex dulce *(Arg.-i)* oleo. & cyprino. & yrino *(om. Arg.)* & ex adipibus. & malagma *(Arg-mate)*. diaquilon. & diânaseum *(om. Arg.)* aut ex *(om Arg.)* fenogreco (*Arg. fenugraeco)*, aut ex oleo. aut diatalasses. & similium. non paruâ uirtutê & uectationes *(Arg. oleo. Agitetur uectationib.)* uel deambulationes *(Ary,-ib.)* nubis *(Arg. nudis)* pedibus & obseruationem *(-nib. Arg.)* auino multò & ab indigestione & ab uenere etc. (b *in ras*).

paulo infra : ed. Amm. § 40.

Dehinc malagma adhibendum, ut est quod appellant diahalon aut diadaphnidon, aut diadarces, aut diastactes conias, uel quicquam similium. Item rubor cutis ex sinapi faciendus, quem Graeci phoenigmon appellant. Item drimyphagia, & cyclorum regula, & radicû uomitus, & hellebori, & embasis facienda, sicut de ischiadicis scribentes memorauimus:

& malagma. dialoon *(Arg. dialoen)* aut diarcena *(Arg. diarcina)* aut diafnidon *(Arg. diadaphnidon)* aut diaftactes (*Arg. diastacte*) quô. (*om. Arg.*) & similium confectorum (*Arg. confectionum*) & finicmos (*om. Arg.*) *diamnaseos. drimifagia. & sic simplicibus** * (-es *2. man.*) *superscr.* *-* *om. Arg.*) & ex radicēs (e *in ras.* s *2. m. Arg. radicibus*) uomitum & ex elleboro purgationes.* & enim sic^ in sciaticis demonstrauimus.* (*Arg.* *-* *om.*)

uel fomentatio ex decoctione artemisiae herbae aut marinae feruentis aquae, dehinc natatio feruens uel frigida. Item usus adhibendus aquarum naturalium calidarum: tum frigidarû, ut sunt in Italia quae appellatae sunt Albulae, uel Cotiliae, & omnium supradictorû affectanda repetitio: dabit enim curatio aliis integram sanitatê, aliis raram doloris admonitionem, ne iugi superpositione uexentur.

ex decoctione artemisie (*Arg. & decoctiones artemisiae*) herbe (*Arg.-ae*) & in aqua maritima calida natent. (*Arg. marina*) aut in salsam (*vid.* m *in ras.; Arg. salsa*) naturalê aquâ calidâ (*Arg. naturali aqua calida*) natent (*om. Arg.*) aut infrigda (*Arg. in frigida*) instatê (*Arg. in aestate*) quales (s. *add. 2. m.*) sunt aque. initalia (*Arg. aquae*) in ipsis reficiantur. quando exacerbata fuerit passio, leniora adiutoria. adhibenda. (*Arg. adhiberi*) quaexacerbationes (sic!) (*Arg.* qua *om.*) & dolores (*Arg, doloris*) mitigare (*om. Arg.*) potest. (*Arg. poterunt.*)

Ne longius hanc comparationem ducam ex iis quae prolata sunt efficere posse mihi videor haec:

1° Inter methodica illa et Caelii Aureliani libros ea intercedit necessitudo ut illis **non epitomam horum** sed **alteram quandam translationem** librorum Soraneorum περὶ ὀξέων et περὶ χρονίων subesse credamus;[1] quae interpretatio a Caelio Aureliano differt primum

---

[1] In cod. Aug. post Resp. frag. tractatus de ‚sanguinem reicientibus‘ (fol. 115^{r}—120^{r}) legitur cui insunt Soranea aliter atque in C. A. lib. II tard. pass. expressa; ex curatione copiosissima cf. haec: (C. A. tard. II cap. XIII ed. Am. p. 315_{184} sq.) fol. 119^{v}: ‚Asclepiades autem dixit omnes qui emorroiantur fleuothomentur ⁖ qm̄ & erasistratus memores qui ex istam causam peruenit qm̄ soluta est per curam constrictibilem adiciamus. Ypp autem & diocles scripserunt curam. & prassagoras & asclepiades & imisus secundum descripsimus. Et Thessalus epyplocam causam id est stignon se patiuntur et lysin.‘

fol. 120. ‚Erofilus autem & dionisus inprima de cura descripserunt; Erasistratus de brachio iub& fleothomari uel ubi sensus doloris fuerit; Erofilus autem iub& omnes cum obseruationem curas adhiberi. Asclepiades autem iub& ex om̄s uenas collectionem nasci hos qui nihil agunt.‘

paulo infra: ‚Diacledis autem iub& gluten taurinum bibere admixtam. rosa trita et sucum nepite & marrubi. et ros marini in aquam puscam admixtû. et post hoc de ambulare debent. et post cibum accipiant.‘ etc. (C. A. l. l. § 188.)

Eandem curationem etiam cum Escolapio comparare iuvat:

cf. e. g. fol. 117^{r} opertoria multa non operiantur ne per calefactionem extrahat sanguis plus prouocetur etc.	Escol. cod. Aug. (*AA*) fol. 50^{v}: copertoria lebia tritissima qui eos non calefaciant! ne per calefactione sanguis plus proiciatur.

Sed loci angustiis cogor ne totam comparationem huius frusti cum C. A. et Escolapio perficiam. ratio autem quae inter has tres descriptiones fluoris sanguinis eiusque curationis intercedit haec est: Et C. A. et frusti illius auctor **idem exemplum** sc. Soranum **suo quisque modo** interpretati sunt, ille copiosius quam hic, uterque eundem secutus ordinem; Escolapii descriptio methodica quae quidem non ex Resp. deprompta sit in hoc frusto inest ⁖ hoc igitur frustum est eius interpretationis operum Soraneorum (περὶ ὀξέων καὶ χρονίων) ex qua Aurelius et Escolapius sumpserunt quae rebus, non verbis cum C. A. congruere videmus; interpres ille etiam significationes graecas servavit: Quirios-katacristicos-proprius, abusivus. Liceat tamen pauca adicere quibus appareat quid intersit inter Caelii Aureliani interpretationem maiorem eiusdemque Responsiones et alteram illam translationem

C. A. tard. lib. II cap. XI. ed. I. p. 54-55.	*Escolapius cod. Aug. (AA) fol.* 49^{v}; (quae sine dubio Responsionum sunt.)	*Frustum illud quod est ‚De sanguinem reicientibus‘ cod. Aug. fol.* 115^{v}
Quomodo intelligamus differentiam fluoris sanguinis? Quaesitum etiam etqs.		Quomodo cognoscimus loca quae sunguinem mittunt. & quo modo mores colligamus catarixis. Quomodo subitaneum reiciuntur non est similis. Quomodo desuperuulnus cum humoribus vel sanguinibus. sanguis sordibus emittitur & ante dies tussiunt & titillant. Nam dolores patiuntur loci ipsius quae sunt
Qui sunt loci ex quibus sanguis fluit? Loci sunt plurimi, summitas faucium, arteria asperior, quae etiam faux nuncupatur, pulmo, thorax, hoc est, membrana, quae interius latera cingit, a Graecis hypozygos appellata. Item membrana, quae etc. — & uena maior, quae spinae coniuncta est.	Que sunt loci ex quibus fluor sanguinis efficitur ⁖ Ex supernas fauces hoc est de branco quod est gutture. Ex faucibus: Pulmo, thorax, diafragma & stomacho, uentre & proximis locis: de capite, & iecore & splenem, & ex uena maiorem quę in spina coniuncta est.	loca. & unde sanguis emittitur. Multe sunt ex fauciunt arterię ex uianche, ex pulmone. ex torace. exstomacho. exiecore. ex uentre. ex uena maiore quae cum spina est coniuncta.

quod non enarrantur nisi morborum **significationes differentiae curationes**, deinde quod sermo est **alius** aetatis loci societatis hominum proprius; neque vero in interpretandis singulis verbis ille magis quam C. A. ab exemplo graeco recessisse videtur.

2° Permulta possunt proferri ad illustrandam per singula rationem qua differat C. A. interpretatio ab illa qua usi sunt Aurelius et Escolapius; quae omnia aptius ad unum quod que caput editionis adnotabuntur; neque enim quidquam libri Aurelii et Escolapii ad emendandos **libros cel. et tard. pass.** adferent nisi **ipsos** quantum poterit fieri purgaverimus ac ne tum quidem nisi ad emendationes firmandas.

Velut in tard. pass. lib. V. cap. II. § 37-38 ed. Amm. p. 561 est„ diathallasestum, paulatim" etc. (sic etiam ed. I. cf. paulo supra); facile intellegitur „diathalasses, tum paulatim"; sic emendaveram priusquam ‚diatalasses' a codd. Escolapii exhiberi vidi.

Quoniam codices ex quibus ortae sunt edd. pp. praestantiores fuisse vidimus iis qui ad emendanda verba hic et illic auxilio esse possunt quaeritur quemadmodum utrique editori[1] fides sit habenda; numquam sane ut res nunc est editorum modum emendandi et castigandi in singulis rebus aestimare ac definire poterimus, sed nobis qui diligenter edd. pr. perlegimus illi **magis** a mutationibus abstinuisse videntur quam Rose putavit in recensendis Responsionum fragmentis;[2] quod ut luculentius appareat non nulla adiciam ad ea quae supra passim commemorata sunt, ipse vero addas velim quae in tota commentatione de textu edd. pp. proferuntur.

Atque primum quidem graeca semper fere immutata a Sichardo saepius quam a Guinterio recepta sunt:

E. g. infinitivi lymenin λυμαίνειν, nesteuin νηστεύειν, monousthae μονοῦσθαι, (tard. libb.); psichrolusian, diachisin, piretro, paralipsin, schediasticon piran, chirapsïan, onirogonos, oniropolesis, phtiriasis, lipothymiam, lexes, helioses (-εις); acc. plur.: ionthos, logotheorethos, malthacos, sclerosarcos; oleoptisanon (Amm: ἐλαιο-), hydraeleon, dieta, dieteticus, perineon, peritoneon,[3] phlepharica, magdon (μακτόν), andraphasin (-ξιν), iaquintio (ὑακινθίῳ), raccosin et rhacosin, cocias (Amm: κωδίας), rhinen (Amm. ῥίνημα), cathoden (Amm. cel. II. § 56 nescio cur κωματώδην; cf. ibid. § 58), permulta alia huius generis quae et rectius scribenda nec tam leviter mutanda erunt quam in ed. Amm. factum est.

---

[1] De Sichardo cf. Rose l l. p. 165; Guinterius in hoc quidem textu dignus videtur esse cui fides habeatur cum dicit se munere suo functum esse „leuiter potius quam seuere castigando." Aliter de eodem editore iudicavit Th. Puschmann ed. op. Alexandri Trall. Vindob. 1878 Vol. I. Praef. p. 98. „Doch hat er (sc. Guinterius qui Alexandri quoque scripta primum edidit) dem Bestreben das Werk zu vervollständigen zuweilen zu grosse Concessionen gemacht, wenn er auch schreibt, nihil temere immutasse nisi ex meliorum codicum & aliorũ authorum subsidio vel adiecisse vel sustulisse."

[2] Rose l. l. p. 177 „dass die entdecker und herausgeber derselben (sc. codd. libb. cel. et tard. pass.) in ihren texten wenig geändert haben und zu ändern hatten, nicht mehr ungefähr als ich nöthig hatte in der herstellung des fragentextes." etqs. Quantum Rose mutaverit e. g. in Salutaribus praeceptis ex mea recensione colligas; dubito num editores pp. tantumdem emendandi studio indulserint.

[3] cf. tard. pass. lib. V. cap. III & IV „peritoneon" et „perineon" confunduntur; Amm. corrigendum esse putavit.

Deinde *-es* et-*is* saepissime commutata,[1] *-em* pro-*e* casus sexti scriptum, *-ū* pro-*o* eiusdem casus II decl. positum est; „spa*c*ium“ et „spa*c*io“ ter (tard. libb.) occurrit; „*h*ac“ pro „ac“, „*habeo* quod“ pro „*ab eo* quod“; „sine *Venere dolentibus* speciebus“ pro „sine *bene redolentibus* sp.“ (tard. I. cap. IV. ed. Amm. p. 320_{183}); „oportet curandum (i. e. eum qui curetur) aqu*a vivere*,“ leg. „aqu*â bibere*.“ ed. Amm. p. 278_{28}; „*ut ul' aut at ac*“ saepissime confunduntur; falso expressa sunt „*cum* plexae“ pro „*com*plexae,“ „*cum* sensu, pro „*con*sensu“; „caus*a ea s*criptionum“ (ed. Amm. p. 4_{10}) pro „caus*ae as*criptionum“; „su*a et t*eneritudinis causa“ (d. 408_{106}) pro „su*ae t*ener. c.;“ „post *p*unctionem“ pro „p. *per*unctionem“ (p. 107_{81}), multa alia quae ex parte in ed. Amm. emendata sunt[2] (cf. p. 65_{168} ed. I: loca *alia* adiutoria); eorum quae commemoravi non nulla in ed. Amm. significata sunt, cetera ne senserunt quidem editores; cf. etiam p. 35_{88} „officio atque *ui*su“ leg. „*u*su“; p. $43_{109-110}$ „Item *in* Samothracia“ leg. „Item *uinum* Samothraci*um*“ etc. etc. Ut omittam singularum litterarum permutationes (fr*ae*qu*e*s pro fr*e*quens, *e*grotantes, pot*u* et pot*o*, alia) grauius est quod-*uimus* et-*bimus* verborum exitus haud raro difficiles sunt distinctu; qua re quantas in difficultates implicemur infra videbimus cum de C. A. scriptis dicturi sumus.

Huc spectat mira illa divisio libri II. cel. pass. et perturbatio inscriptionum singulorum capitum quam Guinterius cum non animum adverteret e codice suo in editionem transtulit, posteriores autem editores non recte quod equidem sentio mutaverunt.[3] Caelius Aurelianus enim descriptionem lethargiae per undecim fortasse per duodecim partes continuavisse videtur hunc fere in modum:

I. *De Lethargo.* ed. I. fol. 37ᵛ-39ʳ.

II. *Quae sequuntur eos qui in lethargiam venire posse noscuntur?* — fol. 39ʳ-39ᵛ.

III. [*Quomodo intelligitur lethargus?* sic ego ad lib. cel. I. cap. III. in ed. I hic legitur inscriptio capitis proximi.] — fol. 39ᵛ-41ʳ cf. ed. Amm.

IV. *Quomodo discernimus lethargos ab his qui similibus afficiuntur?* in ed. I haec inscriptio est cap. III. — fol. 41ʳ-41ᵛ cf. ed. Amm.

V. [*Quae sint differentiae lethargiae?* sic ego ad. lib. I. cap. VII. in ed. I hic legitur inscriptio cap. VII.] — fol. 41ᵛ-42ʳ.

---

[1] Digna sunt quae commemorentur haec: „per omne*i*s tenue*i*s vias“; „per omn*e*s tenu*i*s vi*sa*.“ (cf. cel. lib. I cap. XIV. & XV.)

[2] Supervacaneas emendationes in ed. Amm. satis multas invenire potes. E. g. tard. lib. II § 117 in textu „manere“, „manare“ in marg; ed. I. *manare*; tard. lib. V § 54 “viri,“ „viris“; ed. I. *viris* (i. e. quam viri) cel. lib. I § 16 „aptissime“; Almeloveen in adnot. ed. Amm. p. 611 „apertissime“ quod ed. I exhibet. cf. p. 480_{128}; 170_{66}; 129_{124}.

[3] Eius qui hos libb. editurus est erit ad quam rationem singulae passiones per libros et capita dispositae sint accuratius ostendere; ea autem secundum quam princeps „Methodi“ de una quaque passione quaesiverit luculentissime ex descriptione phreniticae passionis i. e. libro I. cel. pass. discitur; eandem in ceteris quoque libris deprehendimus, sed quo propius ad finem accesseris eo plures passiones uno libro atque eo paucioribus brevioribusque capitibus, uno saepe singulas passiones descriptas invenies non amissa tamen summa illa dispositione. E. g. cel. pass. lib. III cap. XVII *de acuto tormento* sic fere dividi potest: § (ed. Amm.) 138-139; 140-142; 143-145; 146-152; 153-158; 159-162; 163-165; 166-167 med.; 167 med.-169 med.; 169 med.-171; 172-174. Tantum autem abest ut nova capita fingenda esse suadeam ut credam Caelium exemplum graecum quam diligentissime copiosissimeque — nam fortasse etiam suis auxit — in initio, sub fine levius expressisse.

VI. [a] [*Quis locus in lethargis patitur?* sic ego ad. lib. I. cap. VIII.] } fol. 42ʳ-43ʳ.
[b] *Quomodo curandi sunt lethargi?* in ed. I haec inscriptio est cap. IIII. }

VII. *Ad Dioclem.* in ed. I haec inscr. est cap. V; huius capitis initium efficitur extremo antecedentis enuntiato. — 43ʳ-43ᵛ.

VIII. *Ad Proxagoram.* in ed. I est inscr. cap. VI. — fol. 43ᵛ-44ʳ.

IX. *Ad Asclepiadem.* in ed. I est inscr. cap. VII. — fol. 44ʳ-45ᵛ med.

X. (ego) *Ad Themisonem.* in ed. I est inscr. cap. VIII. — fol. 45ᵛmed.-47ʳmed.

XI. (ego) *Ad Heraclidem.* in ed. I est inscr. cap. IX. — fol. 47ʳmed-48ʳ cf. ed. Amm.

Fuerunt igitur in vetustioribus codicibus cap. XI; nam cap. VI. unum fuisse crediderim; posteaquam inscriptiones cap. III. et V. interciderunt librarius quidam indicem novem titulorum libro praeposuit quem Guinterius quoque praebet cum posterior librarius sive quod cap. IX. X. XI. interstitio distincta non invenit (cf. quae de cap. VII. initio diximus) sive quia suo arbitrio illa in unum coegit eos titulos mira cum incuria per textum iterum digesserit; Guinterius ordinem turbatum non animadvertit; neque aliter Sichardum fugit curationem hydropum in libri V. capite I. legi, non suo loco i. e. in lib. III fine. (cf. ed. Amm. p. 482 § 133.)

Sed ne forte timeas ne editores principes talia neglexerint, nimis severe castigaverint singula ex ingenti locorum copia paucos proferam quibus illi etiamsi quid scriptor sibi voluisset non perspexerunt codd. lectionem servaverint cum in ed. Amm. sensus quocumque modo turbatus ac deletus sit.

Cel. lib. I. § 17 p. 7 ed. Amm: „His nos respondebimus differre pressuram a somno; (*sic distinxi textum ed. I.*) contra naturam etenim (ed. I. Etenim etc.) pressura intelligitur, (*sic distinxi*) secundum naturam somnus." ed. Amm: „His — somno, *quia* contra n. *est.* Etenim p. i. c. n. s." cf. cel. lib. II. cap. IX. § 45: „Somnus autem naturale est officium."

Cel. lib. I. § 117 p. 46 ed. Amm: „Quapropter *etiam, si* (ed. I. *etiamsi;* ed. Amm: *etiam*) homines, si post cibum totonderint, tussicula atque catarrho vel lippitudine vexantur, dehinc si lanis caput post tonsuram tegere curamus, quanto melius, si naturali tegmine capillorum lateat obtectum?" (Amm: Dehinc etc.) Structura haec est: („si homines-vexantur" „dehinc si- curamus") „quanto melius si- lateat?" primae condicioni subiuncta est haec: „si-totonderint." Idem cadit in eiusdem libri § 165: „Quapropter *etiam, si*-obstiterit, non oportet."

Cel. lib. II. cap. III. init: „Jam lethargum intelligere debemus. Est enim melius atque certius *sicut* in phreniticis dicere *quam si* dicas, quae sunt signa lethargi." ed. Amm. „Jam l. *suis signis* i. d. Est — *sicut* in ph. *diximus, si*-dicas" etc. legas: „*sic, ut* in phreniticis, dicere etc." „Sic" respicit ad „lethargum intelligere"; structura haec est: Est-melius sic i. e. „*leth. intelligere*" dicere, ut in phreniticis (sc. fecimus cf. lib. I. cel. cap. III.), quam si dicas „*quae sunt signa leth.*"; subest interrogatio: „quae sunt signa lethargi?"

Cel. lib. III. § 169 ed. Amm. „Serapion vero tertio libro curationum alia similia Erasistrato ordinavit, denique eius accusationi iungendus est." ed. Amm. „Serapion vero, *qui*" etc. non perspecta „denique" particulae vi. Nec desunt similia in editione Sichardi, sed ex libris tard. pass. variandi causa alius generis exempla addam haec:

Tard. libr. I. § 40 ed. Amm: „In hijs vero, quae minus vexata noscuntur vel *viribus depurgata,* etiam secundo uti licet." ed. Amm: „vel *viribus medicamentorum depurgata*" plane alio

sensu; nam explicatur in marg: „puriora magisque sana reddita“; sed „viribus depurgari“ idem est ac „v. privari, debilitari.“ cf. Salut. Praec. interr. LIX. et C. A. p. 590_{114}, 599_{139}.

Tard. lib. I. § 29 ed. Amm: „Tunc alia die levi deambulatione motum vomitû exagitari, ex radicibus raphani, vel his similibus speciebus, si loci aut temporis causa defecerit *copia.*“ ed. Amm: „*radicum copia*“ cum non intellexisset „copiam“ esse „occasionem, possibilitatem“. cf. e. g. p. 349_{18}. intell. hoc loco: „copia deambulandi.“

Tard. lib. II. § 94 ed. Amm. cap. VII. init.: „Sequitur autem eos, qui coriza vexantur gravedo,[1] narium et frontis constrictio (ante „constrictio“ ed. I disiunxit) *fluorum oris* tenuissimi primo, tunc crassi“ etqs. ed. Amm: „constrictio *fluorum oris; emunctio humoris* tenuissimi“; legas me iudice „*fluor umoris*“; quam emendationem postea et Responsionum fragm. Aug. (Rose p. 224.74) et Escolapii loco (cf. ibidem adnot.) probari vidi.

Sed in his mihi acquiescendum est; latissimus patet et interpretandi et emendandi campus cum sexcentis locis ea quae in edd. ppr. leguntur **rectius** se habeant dummodo recte perspiciantur quam quae in editione Amstelaedamensi; quae quam male castigatum textum praebeat iam alii vv. dd.[2] animadverterunt atque aegre ferrem quod tempus trivi conferendo quam accuratissime editiones ppr. cum Ammaniana nisi quam utilissimum esse ducerem iterum monere ac suadere **ne quis prius de hoc scriptore in qualibet re iudicare audeat quam ipsas edd. ppr. adierit.** Quod maxime in quaestiones grammaticas cadit. Ut nuper G. Mayen in dissertatione quam scripsit *De particulis quod quia quoniam quomodo ut pro acc. c. infinitivo post verba sentiendi et declarandi positis* in C. A. libris cel. et tard. pass. exempla ut putat certa *accusativi c. inf.* DCL, *coniunctionum* XLVIIII et quidem *quia* XXII, *quod* XVIII, *quoniam* V, *quomodo* IV reperiri statuit ita ut ratio harum structurarum esset XIII: I. Ego hunc usum circumscripserim numeris fere his:

In edd. ppr. ex verbis sentiendi et declarandi pendent — omisi eos locos quibus verbum sent. vel. declar. sequitur — particulae illae locis LXXXII: *quod* XXXVII, *quia* XXV, *quoniam* VIII, *quomodo* XII locis; ratio igitur est VIII: I; neque omittam Caelium Aurelianum *quia*

---

[1] Sic distinxi; permultis locis si recte disiunxeris genuinum sensum in edd. pp. praeberi intelleges.

[2] de Haller edit. s. (Lausannae 1776) p. XVIII in mea, inquit, Ammanianam secutus sum etsi is textus valde est vitiosus. cf. Daremberg. supra p. 13. adnot. 3.

[3] Ipse bis de iisdem particulis egi in seminariis Bonnensibus philologo et neolatino antequam dissertatio illa Kiliensis publici iuris facta est; praeterquam quod et maiorem exemplorum copiam congessi neque in singulis interpretandis ubique cum scriptore dissertationis consentio summam totius quaestionis tum posui hanc:

1) Sublato omni significationis discrimine in simplici usu illarum particularum consentaneum est easdem promiscue post verba sent. et declar. adhiberi.

2) Demonstrari potest primum *quod c. ind.* in usu fuisse; cui cum magis magisque modus coniunctivus subiceretur cum indicativo ponebatur *quia*; cuius in locum cum ipsum quoque cum coni. adhiberi coepisset indicativi particula facta est *quoniam* etc. Ratio igitur huius usus et nascentis et crescentis et adulti haec est:

I. *a*) quod c. ind. — *b*) quod c. coni.

II. *a*) quia c. indic. — *b*) quia c. coni.

III. *a*) quoniam c. ind — *b*) quoniam c. coni.

IV. *a*) quomodo c. ind. — *b*) quomodo c. coni.

3) Haec loquendi ratio sermoni Romanorum insita innataque non esse non potest vel propterea quod in

quoniam, quomodo nonnisi cum *indicativo, quod* exceptis *tribus*[1] locis cum *coniunctivo* usurpavisse.

Falsissimum vero iudicium efficeretur si quis ex ed. Amm. de usu *siquidem* particulae iudicare vellet;[2] neque enim solum pro *siquidem quoniam* in textum intruserunt (e. g. cel. lib. II. § 97, 177, 183 ed. Amm.) sed etiam verbi modum ex arbitrio mutaverunt idque haud raro ita ut in eodem enuntiato coniunctivum modo servarent modo sine ulla ratione corrigerent (e. g. cel lib. II. § 231 (p. 176 ed. Amm.); lib. I. § 119 (p. 46); tard. lib. V. § 112-113 (p. 590) etc.). Non possum hoc loco omnia exempla — notavi CCLXXXIX — proferre quibus et vera ratio perspiciatur et emendandi occasio saepissime praebeatur,[3] satis habeo significare Caelium Aurelianum *viginti* locis *indicativum* posuisse, ceteris *CCLXIX coniunctivum* cuius loco in ed. Amm. *LXXXVIII* locis *indicativus* vel — perpaucis sane — *tempus futurum* legitur; cur editores mutaverint causa perspicitur nulla.

Idem in enuntiationes relativas cadit, in quibus modus *coniunctivus* quem edd. ppr. exhibent saepissime nescio qua causa in *indicativum* mutatus est; item pro tempore *futuro* quod a scriptis medici minime abhorret permultis locis — saepissime in verbo *sequi* — *praesens* in ed. Amm. legitur nec *tertiae* solum sed etiam *primae* coniugationis; septuaginta fere locis *item* particula qua C. A. in enumerandis aliorum medicorum sententiis uti solet in ed. Amm. omittitur[4]; asyndeton modo offensioni fuit editoribus modo contra edd. ppr. *et aut vel -que* insertis sublatum est.

Sed ne libellum accusatorium videar conscribere finem faciam adlatis non nullis de usu gerundivi et gerundii. Cel. lib. II. § 213 ed. Amm: „Sed haec, cum primum dantur medio cibo sunt offerenda cum alica, vel quolibet simili succo. Aquata etiam atque parva moderatione temper*anda,* vel

---

linguis romanensibus viget; removebatur sane ex litteris aetatis quam dicimus auream, sed eo latius denuo patet posteriore aetate.

4) Accessit usus graecus simillimus; quo tamquam corroboratus latinus ille in litteris quoque locum praeripuit alteri illi quem optimi scriptores sanxisse sibi videbantur.

[1] Sunt loci hi: ed. Amm. p. 16 § 6; 375 § 84 Amm: *quod si*; *si* in ed. I deest; fort pro ‚Sic' leg. est ‚Si'; p. 376_{86}; ne hunc quidem Amm. intellexisse videtur; Chrysippus memorat Niceratum de hac passione (sc. cum specialem esse existimaret) librum (sc. specialem) conscripsisse. Mayen praeter primum illum commemorat cel. lib. III. § 220 quo loco ed. I coniunctivum praebet „videatur", et tard. lib. II. § 145 ubi *quoniam,* non *quod* in ed. I exstat. Ceterum in ed. I *quoniam* leg. p. 241_{187} — Amm: *quod*; p. 158_{183} legitur in ed. I: Sed his quoque respondemus, *quomodo* (ed. Amm: *quod*) signa sibi *quae* fingunt vera existim*antes secum* (leg: *-unt esse cum*) oporteat etc. Egregium est exemplum verborum structurae quae tam saepe vv. dd. offensioni fuit; ed. Amm. *quae* om.; p. 158_{188} ed. I *quomodo* — ed. Amm. *quoniam.* Sed tanta est harum rerum copia ut spatium non sufficeret si omnia proferre vellem.

[2] De *siquidem* particula nemo adhuc quod sciam egit; (cf. Draeger Synt. hist. vol. II p. 741-742 et indices corpor. scriptt. ecclesiast. Vindobon.) ipse copiosius de ea disseram cum de C. A. dicendi genere scripturus sum.

[3] Ut omittam non recte disiungi ante ‚siquidem' in edd. commemorare satis habeo haec: p. $25\text{-}26_{61}$ ed. Amm: ed. I siquidem-vires-*insinuat* leg. *insumat*; p. 345_{8} Gutturis summitas sive *ut reuma* sive ut Graeci bronchos etc. leg. *ut* [*nos*] *ruma*; p. 419_{193} pro *saepe reddita* leg. *superaddita.* etc.

[4] Adhuc non credo idem in C. A. libris accidisse quod Rose de Plinio Romano (cf. Hermes vol. VIII. p. 57) statuit sc. „item" a librariis qui in ἀσυνδέτῳ offenderint positum esse; nihil aliud sane est nisi coniunctio simplex haud raro sane satis supervacanea.

certe cum pane dissoluto atque infuso danda"; sic ed. I neque quidquam mutaverim; ed. Amm. „temperata." cel III. § 153: „Tunc sacculum aqua calida plenum depon*endo* iubet aegrotantes facere [1], etiam collyrium decem digitorum — atque hunc — ungendum". Recte in ed. Amm. disiungitur; fortasse etiam recte „in vasculum", sed minus recte „depon*ere*" ibidem legitur; scripserim „deponen*dos* iubet" nisi intellegere mavis: Tunc etiam coll. facere, cum-deponimus. tard. lib. I. § 78: „Tunc [2] etiam curationis diligentiam per nutricem aegrotanti praestare tentabimus, iubentes *& a* lavacro abstine*ndum* atque sine vino atque esu persever*are*". Amm.: „iubentes *eam*-abstin*ere*"; haud male „eam" ex „&a" enucleatum est, sed ed. I verba sic intellexerim „iubentes et a lav. abstinendum (sc. ei esse) et perseverare (sc. eam). cel. III. § 215:" -sive decoctiones constringentiū materiarū. Harū enim vomitum cogentium fuerat usus necessarius"; rectissime opponuntur decoctiones materiarum constringentium et usus (mat.) cogentium vomitum; illae inconvenientes dicuntur, harum usus necessarius. „Harum" non recte se habet nisi forte intellegendum est „febrium sc. vom.". ego „harum" ex antecedenti syllaba ortum ac scribendum esse „et enim" aut post „constringentium" distinguendum ac „Materiarum enim" legendum esse crediderim; textus autem quem praebet ed. Amm. cum sensu totius loci et cum ipsius rei natura pugnat. ibid. § 219: „erat melius dicere, quia cessante vomitu, emergente febricula, abstinentia est adhibenda, quod idem (sc. Heraclides) facere vel memorare neglexit". ed. Amm. om. *quia* „emergente*que* f. abstinenti*am esse* adhibend*am*, quod quidem" etc. nihil mutandum est cum neque „quia" neque ἀσυνδέτον offensioni sit. tard. lib. I. § 162. ed Amm: „adhiben*do*" pro „adhiben*tes*" ed. I. quod recte se habet. tard. III. § 72 recte ed. I: „& ad speciem referen*tes*" cum sensus sit: quidam probant struthium cum lacte et cum ad speciem referant sc. lac, cum lacte asinino vel humano; ed. Amm. „referen*do*". tard. V. § 127: „Utendum etiam aquis — Itemque hijs, quæ in Aria [3] insula — esse perhibentur, caeterarum quoque resumptivarum usum adhiben*tes*, ut etc." ed. Am: „adhiben*do*"; rectissime ed. I. Cel. III. § 41 recte ed. I. „Tunc cataplasma aponen*do* probat, quod ὠμὴν λύσιν appellamus" etc. ed. Amm: „apponen*dum*"; intell. „bei der Auflegung eines cataplasma empfiehlt er" etc. cel. III. § 208: „— tunc nigrum dandum vinum cum polenta atque *post positum* somn*um* quiescendum:" ed. Amm: „atque *provocato somno,* quiescendum" etc. non probo; sed quid est *somnus postpositus*? An neglectus, impeditus? lego *post potum* et tenebo „somn*um* quiescen*dum*". cf. salut.praec. interr. LVIII. ex recensione mea et adnot. ad hunc locum. tard. libr. I. § 29: „Tunc infuso mulso et aceto confecto simplici, vel scillino hauriendum atque *medendo* dare aegrotanti" ed Amm. pro „medendo" *mandenda;* displicet re vera „aegrotans medendus"; si modo mutabimus „manden*dum*" scribemus. tard. lib. II. § 78: „Dantes-oleum calidum sorbendum atque continendum et despuendum. Item aqu*a* frigid*a*, tunc interpositis — diebus ex humore — adhibemus oris collutionem." ed Amm: „item aqu*am* frigid*am*" (sc. sorbendum etc.) Tum...."; recte ed. I et disiunxit et legit; „aqu*a* frigid*a*" abl. instr. ut „ex humore" intellegendum est; si coniunctionem desideras ante „ex humore" ex anteced.-*ur* „vel" aut ex *ex* „et" restitui potest, sed supervacanea est. tard. II. § 170. ed. I: „offeren*dum*" sc. medicamen a Themisone commendatum; ed. Amm. „offerend*a*" sc. aloë. tard. III. § 57: „Item alii de ustionibus adhibendis certaverunt & quidam (Amm. quidem) solis lienosis convenire: quidam autem iecoros*os* ex (om ed. Amm.) medicaminibus scaroticis adhibitis sive cauteribus

---

[1] sic disiunxit ed. I.

[2] ed. I plerumque „tunc", ed. Amm. „tum" expresserunt.

[3] Recte in marg. ed. Amm: ‚Aenaria'. cf. p. 576_{77} cod. sine dubio ‚aputenariam' unde ed. I ‚apud Tenariam.'

& horum alii urenda, alii superurenda (Amm. perurenda) probaverunt". ed. Amm: „iecoro*sis*"; ante „& horum" gravius disiunxit; ego intellexerim: quidam autem probaverunt, alii (sc. illorum quorundam) urendū, alii superurendū (sic fort. scribendum est) esse ieceros*os*. „*danda*" additum est contra edd. ppr. auctoritatem: cel. lib. IV. § 65. „Item ova aceto cocta [danda]"; tard. IV: lib. § 48: „Haec singularia [danda]"; ceterum ex adnotationibus in margine ed. Amm. positis colligere poteris quam saepe editores in hac quoque re lectiones edd. ppr. temptaverint.

Iis quae adhuc disputata sunt satis demonstravisse mihi videor quanto opere edd. ppr. praestent omnibus quae postea factae sunt; quod utrum imprudentia an prudentia editorum factum sit — nam perraro tale iudicium de editionibus principibus ferri potest — nihil refert; gravissimum autem est quod inde concludere licet **codices quibus usi sunt Sichardus et Guinterius haud ita corruptos fuisse**[1]; intellegenda atque explicanda, non ad „auream" derigenda est huius scriptoris dicendi ratio peculiaris.

[1] Hoc dicere volui textum illum per undecim saecula multo minus attritum esse quam aliorum sriptorum libros. Rose idem videtur iudicavisse cum diceret: „dass — auch den gedruckten werken des C. A. verhältnissmässig sehr gute handschriften zu grunde liegen müssen. cf. l. l. p. 177. Vellem paulo cautius iudicavisset Haeser. (l. l. p. 333 „der (übrigens vortrefflichen) Handschriften"); sed quibuscumque verbis uteris in hoc iudicio enuntiando edd. ppr. primum utique firmissimumque fundamentum sunt novae editionis faciendae.

CAP. II.
De ceteris scriptis agitur.

Cum de scriptis Caelii Aureliani nulla exstent testimonia praeter brevissima illa codicum Palato-Vaticani et Leidensis[1] ex solis libris celerum et tardarum passionum conquirenda sunt quibus quae scripserit auctor ipse nos doceat. In quibus testimoniis componendis ordinem secutus sum hunc: Primum locum tenebunt ea quae spectant ad libros *Responsionum* et ad eos quibus scriptor *specialiter* de aliqua medicinae parte in illis adumbrata copiosius aut egerit aut agere sibi proposuerit. Accedent ea quae sunt de libris qui in illa serie non fuisse videantur; de *Salutaribus Praeceptis* etiamsi ipsa quoque ad Responsiones pertinent dicam in praefatione recensionis quam ipse post Roseum conficiendam suscepi. Non possum in hac commentatione alterum illud Responsionum fragmentum et ipsum recognitum proferre nec quaerere pluribus de librorum *De Febribus* reliquiis quas Aurelius qui dicitur servavisse Darembergio visus est; sed satis habebo in hoc capite de iis gravissima ponere.

Sunt autem testimonia haec:

1. ed. Amm.[2] *cel. lib. I. p. 1 § 2. Nam interrogationum ac responsionum libros quibus omnem medicinam breviter dixi iamdudum*[3] *ad Lucretium nostrum perscriptos aptissime destinavi.*

2. cel. lib. II. c. XXIX. p. 142 § 153. Post cerotarium vero apponimus quod appellatur diachylon vel Mnasei. alii etiam adhibuerunt illud quod Nileus appellatur. Jtem Antisophantis[4]*, quae non sunt ita vehementia & propterea permittenda. Horum sane compositiones de medicaminibus scribentes Jnterrogationum docuimus libris.*

3. tard. lib. II. c. IV. p. 376 § 84-85. Quomodo autem sint auferendi dentes exesi vel moti nisi servari potuerint, libris medicinalium Responsionum docuimus.[5]

4. tard. lib. I. c. I. p. 284 § 43. Dehinc etiam coquis utendum est atque diversis ciborum pulmentis, quod quidem latius tertio Responsionum libro iamdudum docuimus.[6]

---

[1] Horum codicum testimonia supra p. 7 allata sunt; codicem Palato-Vatic. illic Laurissensem appellavi; servata sunt illis codd. nihil nisi nomen patria secta tituli trium librorum. cf. etiam fragmenta ex Libris Responsionum de Muliebribus quae Rose congessit in ed. Gynaeciorum p. 141 ssq.; ex fragmentis Resp. Augiensi et Londinensi nec de scriptore nec de scriptis eius quidquam discimus.

[2] Haec testimonia ex edd. ppr. proferri consentaneum est non mutatis aut verbis aut distinctione.

[3] Quomodo C. A. „iamdudum" usurpaverit intellegitur ex his libb. cel. et tard. pass. locis: p. 520_{74} (respicit ad § 70), 92_{49}, 187_{18}, 379_{93}, 393_{130}, 398_{143}, 475_{118}, 520_{73}, 561_{87} etc.

[4] ed. Amm: „Apollophanis"; fateor me nescire quod cerotarium fuerit „Antisophantis"; cf. test. 7 et Καφισοφῶντος.

[5] Ad quem librum Responsionum C. A. hoc loco spectaverit etsi pro certo dici non potest tamen veri similius est eum in chirurgumenis de dentibus extrahendis egisse quam in medicaminum libris, in quibus de dentium confricamentis se dixisse in eodem capite ipse testatur. cf. test. 17.

[6] Rose (ed. Gyn. Sor. p. 143) ad librum adiutoriorum hoc testimonium retulit cum illo loco coquorum

5. *cel. lib. I. c. XI. p. 37 § 93. Oportet etiam advertere ut quando damus multum, minoris sit nutrimenti, aut quando parvum, maioris sit nutrimenti. Sicut responsionum libris resûptivum quid tûc scribentes docuim' semper autē utantur.*[1]

6. *tard. IV. c. III. p. 521 § 76. malagma — quod appellatur diathapsias vel diacapaneos & diaeuphorbium & aliquando parva sumptio medicaminis poti, quod appellamus diatrion pipereon. Et sunt haec cuncta medicaminum libro conscripta Responsionum.*[2]

7. *tard. lib. II. c. I. p. 355 § 34. Non aliter etiam malagmata sunt adhibenda quae corpus valeant papulare ut sunt — & illud quod nileos appellatur, vel diadaphnidon, vel Apollophanos (ed. Amm. -is) & caphysophontos: quorum compositiones Responsionum tradidimus libris, pro modo magnitudinis passionum adhibendas, etqs.*

8. *tard. lib. II. c. VII. p. 385 § 108. Dehinc etiam ex pulvere nitreo lacera fricatio quam Graeci nuxin appellant vel smegmata quorum compositionem Responsionum tradidimus libris.*

9. *tard. lib. III. c. IV. p. 450 § 55. Tunc malagmata quae corpus valeant papulare: & primo leviora ut est polyarthion, ex caphiso fonte*[3] *& salibus confectum, quod diahalos appellant. Jtem ex tribus resinis quod diaretismum uocant. Tum etiam, ut est quod appellant diamyrepsicen balanum. Jtem diaoriganum & diacardamum vel diatapsias & diasbestum: Quorum omnium compositiones Responsionum libris explicavimus.*

10. *tard. lib. V. c. X. p. 591 § 116-117: tum resina terebenthina, adiuncto usu malagmatum, quae congrua Responsionum docuimus libris, ut est mnaseû: item ex tribus resinis, quod Graeci diatrion retinon vocant: tum etiam diagalbanes, vel melinen, vel quam appellant serapionos, aut dictamnum, vel quicquam simili permissione conscriptum.*[4]

11. *tard. lib. IV. c. VIII. p. 541 § 124. Item alica in qua fuerit infusa aloë, sive ipsa*

---

et diversorum pulmentorum usus inter alia adiutoria „recorporativa" commemoretur. Neque vero scio an C. A. ipso illo loco curationem protulerit vehementiorem qua omnino utendum sit „si minus cedere passionem viderimus et post frequentiam eiusdem, iterataque curatione, & fortificato corpore, aegrotantis querimonia permanserit." quam ob rem C. A. hoc loco generalem curationem diaeticarum passionum dixisse existimo. cf. infra p. 42-43.

[1] Graviorem corruptelam („de salutaribus praeceptis" vel tale quid) his verbis subesse non credo; nam recte se habet „resumptivum" cum de resumptione hoc cel. lib. I. loco agatur; si recte tradita sunt „quid tunc" (cf. Almeloveeni adnot. ed. Amm. p. 613 et Ammanni adnot. ad. l.) scriptorem ipsius interrogationis verba *resumptivum quid* [*est*]? posuisse puto; „tunc" aptius cum „scribentes" coniungitur; fortasse pro „quid tunc" „cibum" legendum est cum pergat: Dandus autem sic est cibus etc.

[2] ed. Amm: „haec cuncta medicamina"; intellexit igitur libro Resp. sed idem efficitur ex ed. I cum haud raro genitivus pendeat ex adiectivo neutr. gen. posito; nec numerum (III?) post „medicaminu*m*" intercidisse (cf. tard. lib. I cap. III § 54 in ed. I traditur: II epistolarum libro) nec medicaminum libro intellegendum esse crediderim.

[3] Haec testimonia ex ed. I. de industria non mutata transcripsi; quare emendationes maxime in medicaminum nominibus non exhibebo sed cuncta in aliud tempus differo exceptis iis quae ad hanc quaestionem spectent. cf. test. 7.

[4] cf. ed. Amm.; illic promissione, leg. permi*st*ione.

transvorata: nec non etiam trochiscus dandus qui appellatur picros vel illa hiera quae dialoës appellatur: quorum compositiones Responsionum libris de medicamine[1] *scribentes tradidimus.*

12. tard. lib. II. c. XIII. p. 408 § *166. Utendum etiam trochiscis confectis ex supradictis speciebus, item ex rosae seminibus trochiscos* [sic] *quorum compositionem Responsionum libris de medicaminibus dicentes tradidimus. Item quod appellatur dielectrum. item oenocraton et alia similia: quorum compositionem, ut supradictum est, medicaminum libris tradidimus.*

13. tard. lib. III. c. II. p. 439 § *27. Utendum etiam malagmate quod diachylon appellamus, sive mnaseum, vel diamelilotum. Etsi ventositate fuerit stomachus affectus, adhibendum diasamsucum, sive diaspermaton: quorum compositiones de medicaminibus Responsionum tradidimus libris.*

14 et in eodem cap. p. 446 § *44. Oportet praeterea etiam partibus in passione constitutis apponere medicamen quod polyarchion appellamus, vel diadaphnion & horum similium, quorum compositionem Medicaminum tradidimus libris. Dandum quoque medicamen theriacum bibendum quod diechydnon appellamus: cuius quoque compositionem Responsionum dedimus libris.*

15. tard. lib. III. c. I. p. 432 § *9—10. Vel illud electarium quod diascylles appellamus cuius confectionem de Medicaminibus scribentes tradidimus. Tum etiam cucurbitae recorporativae adhibendae thoraci, atq. interscapulo. Dehinc dropax, paroptesis, heliosis, sinapismum,* (sic) *acopa recorporativa malagmata, ut est diadaphnidon, vel dialoë vel diaeuphorbio.*

16. In eodem capite in quo leguntur test. 13 & 14: p. 440 § *30. Dandum quoque medicamen confectum quod dioporon appellamus: Item diomoron sive dioroos, & hijs similia: quorum compositionem Medicaminum docuimus libris.*

17. tard. lib. II. cap. IV. p. 375 § *78. Item dentium confricamentis utendum quae constringere atque fortificare valeant, sicuti libris medicaminum ordinavimus.*

18. tard. II. c. VI. p. 379 § *93. Adhibenda etiam & arteriaca medicamina quae partes in passione constitutas exerceant, a Graecis amyctica appellata. Quorum compositionem libris Medicaminum conscriptam dedimus.*

19. tard. II. c. VII. p. 383 § *103. Aliquando etiam diamoron sive diasycaminon cuius nota compositio, atque Medicaminum libris tradita comprobatur, etc.*

20. tard. lib. II. c. XIII. p. 410 § *170. Dandum etiam noctis initio medicamen quod diaporon appellant, vel diasycaminon, sive catapotia quae Medicaminum libris praediximus. Nunc* (sic) *autem perficienda conscripsimus hoc modo.*

21. tard. lib. V. c. X. p. 595 § *126. Potui dandum lac cum amylo — cum decoctione phoenicobalani, aut papaveris fixi atque constricti — vel iis quae in pharmaceutico*[2] *Responsionum tradidimus libris, ex quibus est quod appellatur carui & oenocraton & ex trachanto atque amylo & glycyrrhiza.*

---

[1] ed. Amm. in marg. „medicaminibus"; C. A. autem praecipue ad hieram spectavit quam quanti fecerint veteres medici nemo nescit.

[2] Sic hoc testimonium cum ceteris quae sunt de Medicaminum libris pugnat nisi forte C. A. „pharmaceuticon" appellavit eam Resp. partem qua per complures libros de medicaminibus dixerat (cf. test. 34; an „in ph. vel Resp. libris" ?); fort. legendum est „pharmaceuticon" (-κῶν) vel pharmaceuticorum Resp."; neque enim numerum post „in" intercidisse crediderim. cf. etiam Haeser l. l. p. 322.

22. *tard. lib. III. c. VIII. p. 476 § 119. — erat melius uti prius radicum vomitu: dehinc ante diem radicum usus, album veratrum immittere, tunc sequenti die hoc detracto radices dare, vel certe hellebori decoctionem. Sed horum usum vel confectionem dexteram atque adhibendi modum, Responsionum libris de adiutoriis scribentes docuimus & nunc exinde haec accipienda monemus.*

23. *tard. lib. IV. c. I. p. 495 § 8. Adhibet etiam (sc. Asclepiades) ammoniaci guttam —— Item post exercitium sudationem faciendam igne vicino, sed aqua frigida fovendos imperat aegrotantes, & usum hellebori geminum probat. Quae sunt quidem vera adiutoria si tempora quoq; serventur, ut Responsionum docuimus libris.*

24. *cel. lib. I. c. XV. p. 47 § 122. Non omnes igitur lucido in loco iacere concordat, sicut latius adiutoriorum libro explicam'.*[1] *Est etiam vehementer noxium phlebotomia: utilissimum adiutoriũ prohibere.*

25. a) *tard. lib. I. c. IV. p. 303 § 91. Convenit etiam enuasin adhibere de qua Adiutoriorum libris docuimus.*

b) *in eod. cap. p. 315 § 120. Alii vero ligamenta probaverunt & magos adhibendos atque eorum incantationes quae quantis sint uexutionibus confertae,*[2] *etiam per se probatur, sicut latius adiutoriorum libris docuimus, nunc tamen paucis memorabimus.*

26. *cel. lib. III. c. IV. p. 195 § 39. Est etiam fabulosa arteriae ob respirationem divisura quam laryngotomiam vocant, quae a nullo sit antiquorum tradita, sed caduca atq. temeraria Asclepiadis inventione affirmata. Cui ne nunc occurrentes*[3] *latius respondere videamur, aut tantum scelus angusta oratione damnemus, libris quos de adiutoriis sumus scripturi, respondebimus.*

27. *cel. lib. II. c. V. p. 81 § 25. Tenues etiam sudores pressura fieri, non solutione intelliguntur, sed neque adiutoriis laxativis, sicut in adiutoriorum libris demonstrabimus.*

28. *cel. lib. I. c. X. p. 28 § 70. — phlebotomandi autem disciplinam vel magnitudini passionis moderotionem faciendi congruam libris quos de specialibus adiutoriis scripturi sumus, docebimus: principaliter monentes ne usque ad animi defectum quem Graeci lipothymiam vocant adiutorium tendere nitamur.*

29. *cel. lib. III. c. III. p. 184 § 13. Adhibenda etiam phlebotomia si vehementer passio coegerit, intra diatriton. — Si autem minus necessitas impulerit, in ipsa diatrito, vel durantibus viribus etiam post ipsam phlebotomia poterit adhiberi. si tunc necessitas emerserit faciendi. Cuius facti rationem de specialibus adiutoriis scribentes docebimus.*

30. *cel. lib. III. c. VIII. p. 211 § 81. Tunc cum ex parte passionem mitigatam senserimus, embasim olei vel aquae & olei adhibemus: cuius rationem atque ordinem libris specialium adiutoriorum docebimus.*

31. *tard. lib. I. c. IV. p. 324 § 141. Modum autem detrahendi sanguinis eius approbat mutationem. Quae sunt vanissimae inventiones: sicut libris specialium adiutoriorum docuimus.*

32. *tard. lib. II. c. I. p. 358 § 40. — vel per clysterem iniicimus aliqua ex acrioribus, ut aquam salsam, vel marinam vel garum, quod appellamus, liquamen ex pisce siluro confectum & siqua*

---

[1] cf. de hoc test. infra p. 45.

[2] fort. „conferta“? etiam ad ligamenta pertinet; magorum et incantationum in sequentibus nulla fit mentio; tamen de talibus sine dubio in adiutoriorum libris dixerat.

[3] cf. „occursio“ in praef. meae ed. Salut. Praecept.

fuerint similis virtutis: Quorum omnium dexteros usus[1] *atque confectionis genus & adhibendi rationem libro adiutoriorum specialium docuimus.*

33. *tard. lib. III. c. VIII. p. 480 § 127. Habet praeterea paracentesis etiam aptissimum tempus quod illi inveniri negant sicut cucurbita scarificatione adiuncta atque hirudinum appositio quae non in accessione aut lenimento, sed in dimissione superpositionis recte adhibenda probantur, sicut in aliis docebimus de adiutoriis specialibus scribentes.*

34. *tard. lib. II. c. I. p. 352 § 27. Quapropter si vulneratio ei fuerit congrua, gerere debemus sicut in Chirurgumenis vel Responsionum libris demonstrauimus*[2]*: Reminiscentes siquidem ex vulneribus facta paralysis sit, divisura partium necdum proprio nomine vocabulum teneat, sed appellari claudicationes vel tardationes possunt sive alienationes.*

35. *tard. lib. IV. c. I. p. 493 § 3. Item humecta atque fluida densamus & sordida purgamus, cava replemus & aequalia in cicatricem ducimus, sicut Responsionum libris chirurgiam scribentes monuimus.*[3]

36. *tard. lib. V. cap. IV. p. 571 § 63. Sed quoniam signa communia sequentur ulceribus vesicae atqs lapidibus generatis, & hijs qui gelato sanguine impediti mictus difficultate afficiuntur confirmabitur apprehensio lapidis generati, adhibita melotide, cuius rationem atq; usum Responsionum libris chirurgiam scribentes plenissime tradidimus. In quibus etiam auferendi lapidis opus docuimus. Nunc enim correctionem demonstramus cuiusdam in corpore morbi etqs.*

37. *in eod. cap. p. 572 § 66. Aliorum autem medicorum signa de hijs discretionibus conscripta Responsionum libris chirurgiam scribentes elogiauimus*[4]

38. *tard. lib. V. c. IV. p. 574 § 70. Mulieribus vero etiam pessaria adhibenda, quae ad fluorem matricis Responsionum conscripsimus libris, muliebria vitia curantes.*

39. *tard. lib. V. c. X. p. 582 § 91. Sed de hijs quae in matrice generantur libris quos de muliebribus vitiis conscripsimus Responsionum*[5] *docuimus: de cæteris vero nunc dicemus.*

40. *tard. lib. II. c. I. p. 353 § 28. Item si euersio vel inclinatio fuerit matricis eidem consequenter ordinata adhibebimus, sicut Muliebrium passionum libris docuimus.*

41. *cel. lib. III. c. XVIII. p. 252 § 185. Mulieribus vero liquidiora facientes acrium vice utimur. Adhibentes etiam aquae ex adipibus atq; medulla & meliloti vel his similibus pessaria, de quibus latius in libris quos [sumus ed. Amm.] de mulieribus scripturi, docebimus.*[6]

42. *tard. lib. I. c. IV. p. 298 § 79. Quomodo autem sanum lac vel communiter nutrices bonae probentur muliebribus libris quos Graeci gynecion vocant docebimus.*[7]

---

[1] cf. Sorani gyn. ed. Rosei p. 324 II. 28 fin: ὧν ἁπάντων τὴν ἐπιδέξιον χρῆσιν ἐν τοῖς περὶ βοηθημάτων ὑπομνήμασιν ἐφωδεύκαμεν.

[2] cf. Sor. ed. Rosei p. 246 I. 76 ὡς ἐν τοῖς χειρουργουμένοις ὑπεδείξαμεν; videtur legendum „sive divisura-possint“? (cf. καθάπερ- ἀποδέδεικται Sor. ed. Rosei p. 195 I. 32).

[3] cf. Sor. p. 210 I. 45 ὡς-παρίσταμεν; p. 301 II. 4. ὡς-παρέσταμεν.

[4] cf. Sor. p. 192 I. 29 ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ κοινοτήτων ἐπελογίσθη.

[5] intell. libros, quos de muliebribus vitiis conscripsimus, qui sunt Responsionum; complures igitur fuerunt; cf. test. 40 et infra.

[6] cf. Sor. II. cap. III.

[7] cf. Muscio ed. Rosei p. 31 et 32.

43. tard. lib. V. c. II. p. 558 § 29. Sunt enim — antecedentes causae variae etqs. — Videtur praeterea plurimis antiquis medicis etiam genuino cursu in posteros migrare cum semine & propterea succedentes invadere, de qua re principaliter Responsionum docuimus libris.[1]

44. cel. lib. I. p. 4 § 11. Primo ad aliud ex alia re transire videbimur. Utrumne partitionum aut ascriptionum an appellationum sint causae: de qua re cum de passionum causis scribere coeperimus, dicemus.[2]

45. cel. lib. I. c. VIII. p. 22 § 54. Nam singuli eum locum in phreniticis pati dixerunt, in quo animae regimen esse suspicati sunt. Denique singulorum iudicium atque assertionem pertractantes expugnabimus libris quos de passionum causis scribemus.

46. tard. lib. II. c. I. p. 366 § 60. Probant praeterea iuges clysteres atque purgativa medicamina, quae catartica vocaverunt, & magis hieram, cuius usum graeco libro Epistolarum ad Praetextatum damnauimus scribentes.[3]

47. tard. lib. III. c. IV. p. 455—456 § 67. Quo fiet ut sit iuxta regulam methodicam explosum ut qui intentione coenotetarum ducitur corporis facile ne aut difficile sentiant curent (ed. Amm. curet) sicut latius de coenotetis scribentes docebimus.[4]

[48. tard. lib. III. c. IV. p. 447 § 46. — sed passioni genus philonii in problematicis non daturos nos iterum pollicemur.[5]]

49. cel. lib. I. p. 4 § 9. Erat igitur melius ut manifestis et cum sequentibus (ed. Amm: cons-) verbis intelligendam traderet passionem, & non per occultam atq; dissonantê obtrusionem, & quç neq; esse probetur, sicut libris quos intra (ed. Amm. contra) sectas unius scriptoris (ed. Amm. add. auctoritate) docebimus.[6]

---

[1] cf. ad rem ipsam C. A. tard. lib. IV. cap. IX cum alia tum § 135; „principaliter“ saepius a C. A usurpatur cf. p. 189_{24} „p-ter — tum — tum — dehinc;“ p. 202_{57}. 229_{123}. 233_{135}. 237_{143}. 226_{115} „p- vel generalis;“ p. 329 „p-ter, dehinc“; p. 345_{8}. 364_{55}; 390_{122} „Demetrius-duas inquit esse principales differentias — speciales vero plurimas, quas principalibus subiciendas ordinavit.“; p. 415_{183}. 434_{14}. 465_{91}. 473_{111}. 549_{8}. 560_{34}. 586_{102}; 522_{78}.

[2] ed. Amm: „Nam primum ad“; cf. hunc locum in ed. Amm. mirum in modum distinctum; videtur tales quaestiones in prooemio vel in primis capitibus librorum de causis scribendorum tractare voluisse cum dicat „coeperimus scribere.“

[3] cf. supra praef. p. 11.

[4] ed. Amm: „corpora — curet“ sed „corpora“ in marg.

[5] cf. Haeser p. 323. cf. infra 50.

[6] de test. ipso cf. infra; conferas ad haec testimonia e. g. **cel. lib.** III c. V. § 60 „curationem ex libris, quos de tardis passionibus scribentes docebimus, sumendam iubemus“. cel. lib. II. c. VIII. § 83 p. 212 — „sumendae sunt contra ipsum responsiones, quas de phreniticis dicentes docuimus.“ respicit sine dubio ad lib. I cel. c. XVIII quo Heraclidi respondet, non Serapioni contra quem hoc loco pugnat; sed fuit uterque sectae Empiricorum cf. p. 263 § 216. cel. lib. III c. XVI. p. 232 § 132: „At si ex ista passione — satyriasis fuerit effecta, erunt ea, quae paulo post dixerimus“; spectat ad h l. cap. XVIII; fut. exact. pro fut. praes. ponitur; cf. C. Foth: Die Verschiebung d. lat. Tempora in den rom. Sprachen. Stud. Rom. vol. II. p. 245.

A. De libris medicinalium interrogationum ac responsionum vel interrogationum ac responsionum de medicina.

Inscriptiones operis de quo agitur ab auctore ipso adferuntur quattuor:

1. Interrogationum ac responsionum libri „quibus omnem medicinam breviter dixi". test. I.
2. Interrogationum libri. test. II.
3. Responsionum libri. (creberrime).
4. libri Medicinalium Responsionum. test. III.

Ex quibus primam etiamsi argumenti adumbratio potius quam titulus videtur esse *proxime ad genuinam accedere* propter ea puto quod non modo secunda et tertia sed etiam quarta brevitatis commodique causa sine dubio sunt correptae; ex quarta autem collegeris Caelium Aurelianum cum sese de *omni medicina* illis libris egisse expressis verbis significare vellet in prooemio cel. pass. paulo mutavisse genuinam sc. hanc medicinalium interr. ac resp. libri....; cum autem in ceteris quoque singulorum librorum testimoniis argumentum ostendat „de" praepositione usus — nam genitivus aptus vix erat in hoc titulo — in promptu est etiam haec Interr. ac resp. libri de medicina; quam vel genuinam habeamus necesse sit si Cassiodorium hunc ipsum auctorem fratribus commendavisse nobis persuadeamus.[1]

Iam quaeritur *utrum Caelius Aurelianus interrogationes et responsiones a Sorano compositas transtulerit tantum in sermonem latinum an ipse suas ex maioribus libris Soraneis congesserit.* Nullum est argumentum hunc scriptorem cum alia opera Sorani quae erant de arte medica aut interpretatus sit aut interpretari sibi proposuisset eas quoque ad exemplum graecum expressisse; si insunt quae graecum sapiant etiam ad maiores libros possunt referri. Gravius est quod in Responsionibus hic illic alius exstat ordo atque in plenioribus cel. et tard. pass. libris.[2] Cum autem viderimus (cf. supra p. 17 adnot. 1) Caelium in maioribus quoque libris interpretandis non nulla mutavisse neque amissis libris περὶ ὀξέων et περὶ χρονίων statui possit omnino quatenus vestigia Sorani presserit — non multum proficiemus collata altera illa interpretatione quam supra ostendimus i. e. Aurelio et Escolapio — ne hoc quidem argumento utemur praesertim cum nobis etiam considerandum sit quanto opere inter se differant Responsiones brevissimae et amplior descriptio. Neque enim aut Soranum si interrogationes ac responsiones composuerit priusquam maiora opera conderet in his plane eandem rationem ordinemque secutum esse atque in illis putabimus nec Caelius qui ut exemplo utar certo „partem diaeticarum passionum sese traditurum esse promisit" (cf. praef. frag. Aug. II) paulum a maioribus libris ex quibus sua petivit non potuit discedere. At responsio illa de sudore critico quam ipse libro II cel. pass. postea inseruit adeo a ceteris brevitate insignibus abhorret ut illas quidem ad Soraneas expressas esse non dubitemus iudicare. Sed de his supra dictum est; illum autem in responsionibus quae erant de febribus (cf. init. fragm. Aug. II. 15) de hoc sudore constat egisse brevius ac veri simile est eadem in maioribus libris de febribus iteravisse

[1] cf. supra in praef. p. 6; nam si quae ratio est tituli a Cassiodorio commemorati de medicina non nisi ad opus pertinet ad quod conveniat; inter scripta autem Caelii Aureliani nescio an Responsionibus aptius sic inscribatur nullum.

[2] E. g. Rose p. 221—223 interr. 64, 65, 66, 67, 68 et C. A. ed. Amm: p. 435_{14}: „Nos vero communiter sub una propositione de omnibus dicere curabimus etqs."

sc. amplificata atque cum conexus alius esset paulum discrepantia posuisse. *Quod vero Responsionum particulas postea in maiores libros recepit certissimo est testimonio cum antea eadem ex his sumpsisse nec multopere aut non ita corripuisse ut postea eadem iterum interpretari supersedere posset.* [1]

Ceterum *nullum* quantum scio exstat veterum testimonium *de Sorano interrogationum ac responsionum de omni medicina auctore* nisi illud Muscionis vel potius codicis Havniensis inter Muscionis libros manu scriptos recentissimi; de quo ut paucis agam restat.

Desunt enim in vetustioribus codicibus Bruxellensi (saec. IX-X) et Laurentiano (saec. XI) ea quibus secundum codicem Havniensem (saec. XII) Muscio ad librum II transgreditur et eiusdem libri conclusio (cf. ed. Rosei p. 45-46 et p. 119); unde Rose collegit interpretem illum et congessisse *priorem librum ex interrogationibus et responsionibus, ex triacontade maiore Sorani alterum,* et hoc ipsum in prooemio significavisse; sed prooemium illud in quo etiam apud vetustiores illos testes de cateperotianis et de triacontade agitur adeo aut corruptum in codd. **bl** aut mutatum in **h** legitur ut dubitem an Rose in constituendo illo maxime codicem **h** secutus non recte fecerit. [2] Muscio autem

---

[1] cf. Haeser l. l. p. 322. „Ob Caelius eine ähnliche Schrift — agitur de Responsionum libris — des Letzteren einfach übersetzte, oder die Lehren desselben in katechismusartige Form verarbeitete, ist nicht zu entscheiden. Die erste Meinung ist sowohl aus dem schon oben (S. 306 Nr. 4) angeführten Grunde als auch desshalb die wahrscheinlichere, weil ganze Stellen der Interrogationes dem Werke de morbis acutis et chronicis entlehnt sind."

[2] Fac libros Muscionis servari aut solis codd. **bl** aut solo cod. **h**; prooemia efficientur haec:

I. e codd. **bl**.

Cum frequentius nobis in mulieribus obstetrix fuisset necessaria nulla[m]que invenerimus studiosa[m] quae litteras graecas adtigit, videatur, (videntur?) quod adtigisse[n]t omnia in latinitate, sibi translata gynaecia posse ratione lectionis scire. (*vel* quod adt. omnia in latinitate[m] sibi translata, gynaecia [neque] posse etc.) Ego vero Muscio multa video[r] quomodo (=*tamquam*) transtulisse et veritate [o]rationis quam structa [ac] diligentius polita, sicut in ophthalmico et chirurgumeno, philiatro etiam et boethematico legimus. Placuit mihi haec quoque gynaecia in latinum vertere sermonem; licet etiam maximam partem ad integrum tenorem secutus transtuli, ut possim mulieris animum hac ratione exhilarare placuit nobis, ut cateperotianorum brevitate, fuisse secutus, ut omnia dicere videar et non grande corpus perfecisse; quibusdam vero capitibus multum breviter dictis quaedam triacontados addidi, ut ex omnibus collectus commentarius sufficiens esse possit. His autem multo simplicius volui loqui, ut verius dicam, mulie[b]ribus verbis usus sum, ut etiam imperitae obstetrices scilicet ab altero (-a?) sibi relectam rationem facile intelligere possi[n]t.

II. e cod. **h**.

Cum frequentius nobis in mulie[b]ribus causis obstetrix fuisset necessaria, nullam invenimus studiosam quae litteras graecas adtigisset, omnis etiam diceret, quod, si habuisset in latinitatem translata gynaecia, posset rationem lectionis scire. Ego vero Muscio qui iam multa videor quomodocumque transtulisse, veritate rationis potius nisus quam instructa [o]ratione vel diligentius polita usu[s] sicut in ophthalmico et chirurgumeno, philiatro etiam et boethematicis legisti; placuit ut haec quoque gynaecia in latinum verteremus sermonem; licet iam maximam partem triacontadis ad integrum tenorem secutus Soranum transtulerim, sed cum vidissem grande corpus futurum et posse muliebres animos cito prae magnitudine lass*ari* placuit, ut cateperotianorum brevitate, fuisse secutus, ut omnia dicerem et non grande corpus effecissem; quibusdam capitibus vero multum breviter dictis [ali]quando (*vel* quaedam) triacontados (-is) addidi ut ex omnibus collectus commentarius sufficiens esse possit. Hic (His?) tamen multo simplicius volui loqui et ut verius dicam mulie[b]ribus verbis usus sum, ut e. i. o. licet ab a. s. lectam r. f. i. possint.

certa gynaecia dixit quae nota essent iis quos in prooemio adloquitur; quae quin Soranea fuerint nemo dubitat praesertim cum e cod. **h** Sorani cateperotiana et triacontada ei praesto fuisse discamus; neque vero aliud quidquam ex hoc testimonio collegerim nisi *Soranum de gynaeciis et maius opus et interrogationes composuisse, non cateperotiana fuisse interrogationes et responsiones quibus totam ille medicinam breviter exposuisset nec triacontada maius omnium librorum Soraneorum de medicina corpus.* Quamquam facere non possum quin confitear textum cod. **h** castigatum auctumque mihi videri a docto medico qui nomen quoque Sorani quod ad gynaecia apponere maxime in promptu esset intulerit. Nam et **h** et **bl** consentiunt in his „placuit (nobis **bl**) ut cateperotianorum brevitate fuisse secutus", quae sic intellexerim „placuit secutus esse (sc. haec gynaecia quae ut obstetrices possint rationem lectionis scire in latinum sermonem vertere constitui) brevitate qualis solet esse cateperotianorum" ita ut Muscio ille certa cateperotiana omnino non diceret sed is qui postea hunc textum emendavit „cateperotiana" titulum esse ratus ad hoc prooemii verbum conficeret librorum exitus.

Sed quomodocunque res se habet de Muscione eiusque fide adeo non constat — suspicionem mihi movet mira dicendi similitudo qua cum in aliis tum in interrogationibus et responsionibus Caelium Aurelianum recognoscere nobis videamur — ut adhuc eius testimonium in hac quaestione non tanti, ne dicam nihili faciam.[1]

Quae cum ita sint Caelium Aurelianum libros INTERROGATIONUM ET RESPONSIONUM **non ex similibus Soraneis** in sermonem latinum **transtulisse** sed **ex maioribus libris medici principis ipsum congessisse** statuo.

Prius quam quot fuerint libri quaeratur de singulis qui argumentis distinguantur dicendum est.

I. De Salutaribus Praeceptis.

cf. quae ad ipsa praefati sumus.

II. De diaeticarum passionum libris Responsionum.

Caelium cum libros celerum (et tardarum) passionum ad Bellicum discipulum mitteret eosque utiles illi, non necessarios futuros esse diceret quia haec necessario, in quod essent posita (sc. libb. cel. et tard. pass. argumenta) ipso tradente legisset cum ad omnes libros Responsionum tum ad eos qui de diaeticis passionibus essent spectavisse nemo non videt;[2] quam ob rem in ampliore retractatione legentem numquam ad hos Responsionum libros revocat; sed praeterquam quod ex pleniore illa inscriptione (cf. test. I.) colligi potest in Responsionibus de diaeticis quoque passionibus dictum esse felici casu factum est ut responsionum de his ipsis fragmentum ad nostram aetatem perveniret, dico alterum illud Augiense a V. Rose recognitum ex quo cum de omnibus interrogationibus responsionibusque tum de harum ipsarum libris aliquanto certius iudicare nobis licebit.[3]

---

[1] cf. Rose in ed. Musc. praef. p. IV. et Haeser p. 320.

[2] cf. ed. Amm. p. 1. cf. etiam in praef. nostra Sal. Praec.

[3] Exceptis perpaucis ut videtur typographi erroribus accuratissima est Rosei descriptio Anecd. II. p. 206 sq.

Nam ex praefatiuncula[1] huius fragmenti varia docemur. Atque primum quidem de diaeticis passionibus Responsionum libri fuerunt duo. Quorum priore qui non exstat auctor pathologiam et therapiam generalem videtur exaravisse quibus discipulum in ipsam medendi artem introduceret; quare veri est simillimum hunc librum Responsionum fuisse secundum si modo recte alias statuemus Salutaria Praecepta sive librum de sanitate tuenda locum tenuisse primum; tertio igitur cuius fragmentum servatum est diaeticarum passionum primum significationes speciales deinde omnium generalis curatio traduntur; confirmatur autem haec partitio quam scriptor ipse significavit titulo prioris particulae hoc: *de speciali significatione diaeticarum passionum;* alia res est in maioribus libris et apud Aurelium et Escolapium qui dicuntur cum uni cuique passionis significationi curatio statim subiungatur propria vel specialis[2] Cum autem paulo copiosius[3] de generali curatione omnium diaet. pass. dixerit necesse sit test. IV (cf. supra p. 34) ad hunc librum spectare puto.[4] Deinde Caelius non de omnibus passionibus diaeticis sed de „parte" sc. de gravissimis in Responsionibus dixit ita ut nec miremur quod ordo passionum paulo alius ac in maioribus libris est et intellegamus cur scriptor in interrogationibus et responsionibus congerendis hoc sibi proposuerit ut postea de una quaque medicinæ parte copiosius ageret idque eo ordine quo per Responsionum libros singulas composuisset[5]. Priorem autem horum duorum libb. congessisse videtur ex omnibus libris Soraneis cum in altero maxime usus sit libris de febribus (C. A. p. 153 § 177), περὶ ὀξέων (gyn. ed. Rosei II, 25. 58) περὶ χρονίων (ibid. II. 41. 44. 46.); cf. ibid. II. 57 ἐν τῷ περὶ νοσημάτων τόπῳ; θεραπευτικά ibid. I. 126, II. 9.

---

[1] Ego hanc praef. sic fere lego: Duobus me libris diaeticarum partem traditurum promisi ex quibus superiore libro respondens de curatione, de passionibus et temporibus et inspectione, et de pulsu et de generali significatione, et de typis et diatrito (de tritaeo?), et de adiutoriis plene ut arbitror ordinavi. Nunc de speciali significatione diaeticarum passionum et de generali curatione respondeamus [ut] isto volumine omnia diaeticarum compleantur. — Vereor ut certo ordine haec enumerentur; sunt autem ea de quibus in „generali" introductione dicendum sit.

[2] Quare Aurelius et Escolapius curationes ex Responsionibus sumere non poterant.

[3] cf. „plene" not. 1. et „latius" (passim in test.) etiamsi fit responsionibus satis brevibus.

[4] Non videtur casu factum esse ut ex Responsionum libris memoria servata sit trium codice Palat.-Vatic. duorum cod. Aug., unius cod. Lond.. Nam libris Salut. Praeceptorum (I) et diaet. passionum (II et III) breviter ea exposita erant quibus ratio Methodica praeter ceteras floreret ita ut ii postea soli in usu fuisse videantur. Nescimus qui fuerint tres illi libri Responsionum Medicinalium monasterii S. Nazarii Laurissae (cf. supra p. 7. et Wilmanns l. l.) sed fieri potuit ut monachi illi cum „libros chronion" servarent etiam responsiones de diaeticis passionibus inter libros suos haberent (vel versa vice) una cum Salutaribus Praeceptis; quorum librorum medium in quo minus gravia tradita ac principia rationis Methodicae exposita esse viderentur omissum esse cod. Aug. ostendit; cod. Lond. denique sola Salutaria Praecepta quippe quae omnibus essent utilia servavit omissis morborum significationibus usu (iam in cod. Aug.) valde attritis fortasse quod vigebant aliae de eadem re scriptiones quae praestantiores viderentur esse.

[5] Maiorum interpretationum series incipit a libris *de febribus;* sequebantur *Celeres passiones Adiutoria* etc. cf. quae paulo infra dicemus de libris *Adiutoriorum Adiutoriorum specialium Gynaeciorum.*

III. De Medicaminum libris Responsionum vel de Responsionum libris de Medicaminibus.

test. II. VI. VII-X. XI-XIV. XV-XX. XXI.

Caelium in Responsionibus de medicaminibus dixisse quam certissimum fit test. XI-XIII; ex test. XII et XIV efficitur illum eosdem libros modo Responsionum modo Medicaminum libros significare; quam ob rem non solum test. II. VII-X propter argumenti similitudinem ad eosdem pertinent sed etiam test. XV-XX cum non sit quod maiores libros de eadem re a scriptore compositos esse sumamus ita ut modo ad hos modo ad Responsiones remitteremur; de test. VI et XXI suo loco dictum est. Quae cum ita sint duo minimum fuerunt Responsionum libri de Medicaminibus sive Medicaminum; quibus quoniam nusquam se copiosius de hac re acturum esse pollicetur sed saepissime ad illos legentem revocat satis plenam medicaminum rationem „ordinavisse“ videtur.

Quod ipse (test. XXI) hos libros graeco nomine pharmaceutic[a?] appellat usus est φαρμακευτικοῖς Soraneis (cf. ed. Gyn. Ermerinsii περὶ φαρμακείας). Quem locum inter ceteros Responsionum libros hi tenuerint difficile est dictu. Proxima fuit secundum „Methodum“ ratio medicaminum diaetae[1] ita ut aptissime collocentur post Salutaria Praecepta et diaeticas passiones, pro certo tamen id affirmare non ausim.

IV. De Chirurgumenis Responsionum.

test. XXXIV-XXXVII.

Quoniam τῇ φαρμακείᾳ ex rei ipsius natura proxima est et a Sorano expressis verbis opponitur ἡ χειρουργία[2] liceat in hac quoque descriptione de iis libris post medicamina disserere; non statuerim eundem etiam fuisse Responsionum ordinem. Caelius de chirurgia nisi in Responsionibus non egisse videtur (cf. test.) sed ut de medicaminibus sic de hac (in illis nimirum) paulo copiosius — ipse dicit „plenissime“ (test. XXXVI) — cum ut postea de hac artis parte cui Methodici omnino haud ita magnam dederunt operam maius opus conderet χειρουργούμενα Soranea (cf. Gyn. ed. Rosei I. 76; Muscion. ibid. II. 33) interpretatus sibi fortasse non proposuisset; de librorum numero nihil colligere licet.

V. De adiutoriorum libris.

test. XXII-XXVII.

De adiutoriis in Responsionibus dictum esse ex test. XXII apparet; quocum coniungendum est me iudice test. XXIII; quot fuerint libri nescimus neque vero sicuti de chirurgia est quod complures fuisse existimemus; accedit quod et in priore libro diaeticarum passionum quem secundum fuisse Responsionum coniecimus de adiutoriis iam dixerat ac de iisdem amplius scribere sibi proposuerat; cuius propositi sunt testimonia XXVI XXVII et test. XXV a) b). Cum autem illic in

---

[1] cf. C. A. tard. lib. II. c. XII. p. 400 § 148 ed. Amm: „sed ex medicaminum regula, quam Graeci pharmachian appellant, dieteticae parti ingesta apte curatur“. sic ed. I.

tard. lib. II. c. XIV. p. 422 § 202: „siquidem complexa sit regulae, quam diaetan vocant, medicaminum ratio, quam pharmacian appellant.“ sic ed. I.

[2] cf. Soran. gyn. ed. Rosei I. 2.

libris Celer. sese copiosius de adiutoriis esse acturum promittat hic in primo Tardarum de hoc proposito iam perfecto memorat ita ut maiores libros de adiutoriis ad „ὑπομνήματα περὶ βοηθημάτων“ Soranea (cf. Sor. gyn. ed. Rosei II. 28)[1] expresserit confectis celerum, nondum inceptis tardarum passionum libris; neque quidquam inest in prooemio tard. pass. quod obstet ne hos libros aliquanto post celeres passiones conscriptos esse sumamus; nam ad Bellicum celerum tantum passionum libros misit (cf. prooem.) neque omisisset eundem illum in praefatione tard. pass. adloqui si hos quoque libros una cum illis ad eum „destinavisset“.[2]

Restat ut de test. XXIV dicamus, quo offendimur non tam propter tempus praesens „explicamus“[3] quam quod de libro adiutoriorum est; veri simile non est scriptorem hoc loco ad Responsionum librum (? cf. supra) adiutoriorum spectavisse; quodsi ad maiores libros respexit sumendum nobis est tempus praesens — fortasse eodem tempore hos libros interpretatus est quo celeres passiones — pro futuro usurpatum esse nisi forte „explica*uimus*“ i. e.-„*bimus*“ scribere mavis atque librum de toto opere vel potius „volumine“ dictum esse aut intercidisse numerum; nam cum certum exemplum quod interpretaretur ante oculos haberet non potuit nescire quot libris adiutoria complexurus esset. Quae cum ita sint hoc testimonium nullam habet demonstrandi vim; de argumento vero horum librorum testimoniis ipsis satis docemur.

VI. **De libris specialium adiutoriorum.**
test. XXVIII-XXXIII.

Quoniam de libris adiutoriorum diximus qui Responsionum non essent de specialibus quoque adiutoriis quae sunt commemoranda hoc loco proferre liceat. Nullum est testimonium quo probetur librum vel libros de specialibus adiutoriis fuisse Responsionum. Ex iis autem quae in cel. pass. libris occurrunt (XXVIII-XXX) colligitur Caelium cum de morbis acutis scribebat ut specialia adiutoria compluribus libris traderet sibi proposuisse; contra ea quae in libris tard. pass. exstant mirum quantum inter se discrepant; neque enim dubium est quin complures fuerint libri etiamsi test. XXXII est de libro adi. spec.; aut numerus ante libro excidit aut libris scribendum est. Gravius est quod in libris tard. pass. I. et II. libri quos in cel. pass. libris se scripturum esse pollicitus erat iam perscripti perhibentur cum postea iterum profiteatur scriptor (in libro III. tard. pass. test. XXXIII) se de adiutoriis specialibus scribentem „in aliis“ esse docturum. Quid igitur? sumamus scriptorem conscriptis adiutoriorum specialium libris iterum de iisdem „in aliis“ libris dicere voluisse? Talis sumptio vix ullam habet veri similitudinis speciem; nihil certe inest in illo testimonio quo ut ad futurum tempus referamus cogamur; iam ut consentiant

---

[1] cf. C. A. cel. lib. II. c. XXIX. p. 143 § 157 „sicut idem Soranus libris quos de adiutoriis conscripsit edocuit.“ (cf. Muscion. prooemium). Aurelius qui dicitur commemorat cod. AA (Aug.) secundum uoetamjcon (betanic̄ cod. Cas. betaniaticon cod. Brux.)

[2] C. A. in prooemio tard. pass. ad celer. libb. respexisse consentaneum est; quod ad neminem misit hos libros testimonio esse potest eum illos ad celer. pass. libros postea adiecisse ut „diaeticarum passionum descriptio compleatur“; ceterum seorsim utrumque opus medio aevo ferebatur.

[3] cf. C. A. p. 448_{48} „docemus“ quod pertinet ad lib. V. c. X. p. 581; fortasse „doce*ui*mus“ i. e.-*bi*mus; p. 470_{102} pro „do*cui*mus“ legendum videtur „do*ceb*imus“ cum lib. V. c. V. de diabete dictum fuisse videatur.

test. librorum tard. pass. minus temerarium est statuere librarios vel editorem principem uno loco „docecuimus" legisse pro „docuimus" quam duobus „docuimus" pro „docebimus". Quod si recte coniecimus hos libros compositos esse colligitur post celeres, ante tardas passiones ita ut idem in eos cadat quod de adiutoriorum libris supra posuimus; firmatur autem haec coniectura eo quod per se ipsum occurrit Caelium uno eodemque tempore de omnibus adiutoriis et simplicibus vel generalibus et specialibus egisse unum ut videtur exemplum secutum commentarios περὶ βοηθημάτων[1]; quae fuerint illa adiutoria ex testimoniis apparet.

VII. De Responsionum libris de muliebribus vitiis vel muliebrium passionum et de libris de mulieribus vel muliebribus quos Graeci gynaecion vocant.

test. XXXVIII-XLII.

Ex iis testimoniis quibus scriptor expressis verbis ad Responsionum libros legentem revocet colligere non licet eum illis totum argumentum τῶν γυναικείων Sorani complexum esse cum eam tantum partem significet quam nos pathologicam dicimus sed de ipsa arte obstetricia taceat. Estne veri simile illum artem qua Soranus maxima inter veteres medicos floruerit auctoritate in Responsionibus omisisse an defuit occasio eius Responsionum libri quo de ea disseruerat commemorandi? Sed tali occasione oblata (tard. lib. I. cap. IV. § 298, test. XLII) non Responsiones sed libros quos scribere voluit de mulieribus commemoravit; unde manifestum fit Caelium in Responsionibus artis obstetriciae non nisi summam praebuisse, accuratius ordinavisse muliebres passiones earumque curationes. Quare ad easdem Responsiones spectat test. XL et propter argumenti similitudinem et quia est de libris iam scriptis. Nam ne gynaecia maiora quae in cel. libro. II. et tard. lib. I. (test. XLI et XLII) sese scripturum esse pollicetur composita fuisse credas tum cum haec scribebat (tard. lib. II. c. I. test. XL) obstat quod ipse in tard. libro IV. (test. XXXVIII et XXXVIIII) Responsionum non pleniorum librorum mentionem facit.

Quod si ita est ex hoc testimonio et ex test. XXXVIII apparet Caelium compluribus libris — numerus poni non potest — muliebria vitia eorumque curationes tradidisse; sed sibi proposuerat ut copiosius eadem de re dissereret libris de mulieribus vel muliebribus libris quos Graeci gynaecion vocant. (test. XLI et XLII). Quod propositum ab auctore confectum esse probatur me iudice fragmento illo quod in codice Leidensi saec. XIII fertur „ex genetia celii aureliani methodici siccensis"; Rose quidem Responsionum fragmentum id esse sibi persuasit et cum aliis ex Oribasii versione saec. VI collectis composuit. Non premerem hoc copiosius esse responsum nisi Muscionem conferre liceret de eadem re interrogantem et respondentem vel potius ipsius Sorani cateperotiana ut voluit doctissimus ille vir in latinum sermonem vertentem. Accedit quod idem ille hoc fragmentum ad verbum fere ex maioribus Sorani γυναικείοις expressum esse probavit. Cur fidem non habeamus codici in quo tradatur liber Caelii plane eodem titulo inscriptus quo auctor ipse se opus maius inscripturum esse testatur?

---

[1] Nihil certe constat de peculiari opere Soraneo de specialibus adiutoriis; potuit de iis dicere ἐν τοῖς περὶ βοηθημάτων ὑπομνήμασιν.

VIII. **De test. XLIII et de libris de passionum causis.**
test. XLIII. XLIV. XLV.

Quam partem Responsionum Caelius hoc testimonio spectaverit difficile est dictu; suspicor tamen ex iis quorum causa hanc Responsionum mentionem iniecit locum spectari eum quo de passionum causis dictum sit; quam ob rem hoc testimonium cum iis composui quibus ille libros de causis passionum se scripturum profitetur (test. XLIV et XLV.). Num Responsionum liber de causis fuerit disceptari nequit; ego suspicor de iis „principaliter“ dictum esse in eo libro in quo „generaliter“ de passionibus disseruit i. e. in eo quem Responsionum secundum fuisse conieci; nam si recte statuimus illum librum tamquam isagogam fuisse in artem medendi „secundum Methodum“ veri simillimum est in illo enarratam esse propriam ac peculiarem Methodicorum rationem in explicanda passionum „generatione“ i. e. causis ex quibus cui communitati una quaeque passio esset subiungenda efficeretur. Expressit autem si modo propositum perfecit Sorani *libros causarum quos aetiologumenos appellavit.* cf. tard. lib. I. c. III. p. 289. § 55.

Haec sunt quae de Responsionibus dicenda habeo; in medio relinquenda sunt cum alia tum dispositio singulorum librorum; mihi quidem ordo paulo aliter constituendus esse ac Roseo [1] visus est hunc fere in modum:

Prooemium: „Cum nobis saepius“ etqs. cf. Salut. Praec. praef. ed. mae.

Lib. I. **Salutaria Praecepta.**
II. **De passionum causis significatione cognitione curatione etc. generalibus.**
III. **De diaeticarum passionum speciali significatione et curatione generali.**
IV & V? **De Medicaminibus (Medic. libri, Pharmaceutica).**
VI? **De chirurgia (Chirurgumena).**
VII & VIII? **De adiutoriis (Adiut. libri).**
IX & X? **De muliebribus vitiis et curationibus.**

Ut aliquid certi in fine addam singulis Responsionum libris auctor praefatiunculas praeposuit quibus paucis exponeret et de quibus superiore libro egisset et de quibus ipso acturus esset; cuius modi praefatiunculae servatae sunt non solum ad tertium quem posui Responsionum librum sed etiam ad omnes celerum et tardarum passionum libros. [2]

---

[1] Rose, ed. Sor. p. 141 singulos libros sic disposuit:

de diaeticis passionibus	*I & II*
de salutaribus praeceptis	*III?*
de adiutoriis	*III?*
de medicaminibus	*IV?*
de chirurgia	*V?*
de muliebribus	*VI?*

[2] Tard. pass. libb. II & III capitibus primis in ed. Amr. desunt praefatiunculae quas ed. I praebet; ante lib. V cap. I etiam in ed. I deest; lib. IV cap. I initium intercidit.

B. De reliquis libris Caelii Aureliani.

a. De iis qui ante cel. et tard. pass. libros scripti esse noscuntur.

I. De graeco libro Epistolarum ad Praetextatum.

(test. XLVI).

satis supra in praef. p. 9 sq. dictum est.

II. De libris de febribus.

Non possum hoc loco quaerere quo iure Daremberg cum primum Aurelii qui dicitur librum de morbis acutis in lucem ederet [1] nullis usus ambagibus XIII eius capita ex Caelii Aureliani libris amissis „de febribus" sumpta esse iudicaverit; tamen commemoro me nunc quidem hanc suspicionem in quam ipse quoque nondum inspecta Darembergii commentatiuncula paene invitus incideram cum anno superiore eundem illum libellum e cod. Aug. describerem magis magisque abicere; paulo accuratius hoc loco examinabo quae auctor ipse de his libris tradiderit; sunt autem testimonia haec:

1. cel. lib. II. cap. XXXVI. p. 165 § 204 ed. Amm: Tempus autem cibandi si adiūcta febricula diaphoresi fuerit, erit ex fervo̱re corporis accipiendum, sicut primo libro de febribus scribentes docuimus. [2]

2. in eod. cap. extrem.: At si febres perseveraverint, ut in marcorē venire aegritudo meditetur quē Gręci marasmon vocant, ad eius curationem descendemus, sicuti libris de febrib^s scribentes docebimus [3]

3. tard. lib. I. c. I. p. 270 § 8. Jgitur de dolore capitis in acutis febribus accidenti prius de febribus memorauimus: De illo vero qui sine febribus atque tardus & suae passionis est, nunc dicemus. [4]

---

[1] Janus vol. II. p. 469. „Mais, en même temps qu'il est un abrégé du traité de Morbis acutis (sc. C. A.), le traité de Acutis passionibus contient une série de chapitres (1. 2. 4. 5. 6. 7. 17. 18. 22 à 26) qui ne sont pas représentés dans l'ouvrage de Cœlius et qui sont relatifs aux fièvres. C'est là, comme on va le voir, le point le plus important de ma découverte, puisque ces chapitres ne sont rien moins, si je ne me trompe, que l'abrégé ou du moins l'extrait de l'ouvrage que Cœlius avait écrit sur les fièvres; ils font ainsi revivre un traité qu'on croyait à jamais perdu, et nous donnent des notions nouvelles sur les doctrines methodiques concernant la pyrétologie."

[2] de diaphoresi una cum sudoribus dictum est ab Aurelio, nusquam de „febricula adiuncta diaphoresi" eiusque curatione; de cibandi temporibus in febribus cf. cap. II. de febrium curis. Darbg. p. 493.

[3] nec marasmus continuis febribus effectus neque eius curatio in Aurelii libro legitur; C. A. peculiari capite de eo egisse videtur. cf. cap. ιή synopsis Palladii (Ideler Phys. min. vol. II. p. 115): περὶ μαρασμοῦ πυρετοῦ; iuvat hanc synopsin comparare cum Aurelii capitibus de febribus.

[4] in libro Aurelii exstat cap. VI de dolore capitis que in febribus fit. sic cod. AA (cod. C: de do^lo^rem q (sic!) cod. B d. d. c. quae- fiunt) cf. Darembg. l. l. p. 690; Pallad. ap. Id. p. 112 cap. νγ' πῶς γίγνονται πόνοι τῆς κεφαλῆς.

4. tard. lib. III. c. IV. p. 448 § 49. Sed de tumoribus (sc. in iecorosis et lienosis) libris febrium docuimus.[1]

5. tard. lib. III. c. VI. p. 462 § 82. In iecore vero aut liene si qua fuerit durities sive saxositas, destruere, ut nuper (sc. cap. IV) demonstrauimus: Aut si fluor sanguinis fuerit plurimus, abstinere: hemorrhoidas vero auferre, febres quoque solvere, ut de febribus scribentes docuimus, collectiones congrua curatione, sicut de ipsis scribentes monuimus, sanare etqs.[2]

De libris iam conscriptis omnia testimonia consentiunt quae in tard. pass. libris occurrunt; quod test. III Caelius se „prius" de febribus memoravisse dicit — non est quod cum editoribus in „primo" mutemus — intellexerim ut in Responsionibus quoque febres diaeticis passionibus antecedunt sic libros de febribus nullo intercedente alio opere non solum ante tardarum sed etiam ante celerum passionum libros compositos esse. Qua de causa in test. II legerim „do*cuimus*" pro „do*cebimus*."[3] An putas Caelium cum haec scribebat primum tantum librum confecisse necdum sequentem vel sequentes? Num plures duobus fuerint libri diiudicari nequit; nec magis quomodo inscriptum fuerit opus Soraneum quod interpretatus est traditur; fortasse ex eodem fonte fluxit Commentarius de febribus ad quem Muscio legentes revocat II. 2. p. 57.

b. De iis qui post celerum sed ante tardarum passionum libros conscripti sunt.

Sunt autem

I. Libri adiutoriorum sive de adiutoriis.

II. Libri specialium adiutoriorum sive de specialibus adiutoriis.

de quibus paulo supra dictum est.

c. De iis quos Caelius Aurelianus in libb. celer. et tard. pass. se compositurum esse pollicetur.

I. De libris de mulieribus sive muliebribrus sive Gynaeciis maioribus

supra dictum est; quos Caelius re vera composuisse videtur.

II. De libris de coenotetis.

test. XLVII.

Consentaneum est Caelium in Responsionibus (fortasse in secundo libro) de communitatibus in quibus tota Methodicorum ratio posita esset egisse; nec tamen peculiari libro eas exposuisse videtur, quare ut latius „de iis scribens" doceret sibi proposuerat; num quot libris hoc propositum perfecerit nescimus; sed complures libros fuisse inde concludere licet quod Soranus ipse librum

---

[1] caput de tumoribus qui in febribus accidunt vel ex quibus febres fiunt apud Aur. frustra quaeres; commemorantur sane tumores passim e. g. Darembg. l. l. p. 481.

[2] Spectat fort. ad Aur. cap. II. De febrium curis; ad libros de febribus non spectare mihi videtur locus cel. lib. III. c. VIII. p. 216 § 94 „sed dicimus contra neq; raptû cucurbitę posse febrib; cohiberi sicut in ipso saepe opere probavimus"; videntur dici ipsi cel. pass. libri.

[3] fort. propter „descen*de*mus" quod antecedit librarius erravit.

β περὶ κοινοτήτων (ed. Rosei I. 29) adfert cuius Caelius Aurelianus ipse quoque meminit his: „sicut secundo libro de coenotetis scribens Soranus docuit". (tard. lib. IV. c. I. p. 493-4 § 5.)

III. De libris de passionum causis.

supra dictum est.

IV. De libris contra sectas.

test. XLIX.

Quod in ed. Amm. pro „intra" hoc loco „contra" scribendum commendatur probo; probarem etiam quod editores inseruerunt „auctoritate" sed plane ignoro quo argumento nisi in textum intulerint „edidimus"; ego (probata coniectura „contra") hunc locum sic legam: „quos contra **sectas sumus scripturi** docebimus" ac statuam scriptorem simile opus condere voluisse illi Soraneo quod Suida teste inscribitur βίος ἰατρῶν καὶ αἱρέσεις καὶ συντάγματα, βιβλία δέκα. (cf. etiam ἐν ταῖς τῶν ἰατρῶν διαδοχαῖς schol. Oribasii)[1]. Alia de hoc opere nescimus.

De testimonio XLVIII.

Cum desit phagedaenicorum significationis finis et curationis initium difficillimum est quid scriptor sibi voluerit hoc loco diiudicare. VV. dd. sumpserunt Caelium promisisse se genus Philonii (De Vit; Quicherat Add. L. L. s. v. probl. „Philonis") daturum esse in libro vel libris quos scripturus esset problematicis sive de problematicis. cf. Haeser p. 323. Sed praeterquam quod talis titulus nusquam in litteris occurrit atque etiam solo videtur hoc loco legi „problematicus" in latinis hoc testimonium ipsa forma cum ceteris pugnat quae de aliis libris supra composuimus; scriptor autem agere videtur de „non dando genere philonii" i. e. medicamine a Philone medico invento mitigativo (cf. Haeser p. 298 et Rosei edd. Cass. Fel. ind. p. 260; genus-Mittel, e. g. C. A. p. 197_{16} vaporationis genus; p. 494_{6} phlebotomia — laxativum genus). Mirum autem est quod sese aliquid „non daturum esse" („non" ed. I; om. ed. Amm.) pollicetur in libro scribendo; quare videtur loqui de medicamine illo non dando passioni „in problematicis"; sed quid est „in problematicis"? Potuitne problematicos appellare aegrotantes quorum passio cum non plane eruperit nec ἄδηλος nec δήλη sit (cf. Kraus Lex. Med. s. v. „zweifelhaft" nullis tamen exemplis allatis.) an corruptela hic latet?[2] Certe nullum libelli indicium adest.

[1] cf. Diels. Doxogr. p. 206 not. 2.

[2] fort. in probleticis quibus medicamen mitigativum secundum „methodum" dari negat; cf. Kraus s. h. v.

Una cum his studiis proposui collegio philos. Bonn. **Salutarium Praeceptorum** editionem plane recognitam anno MDCCCLXXXX confectam; quae cum his ipsis diebus publici iuris fiat ipse iudices quam multa reliquerit is qui cum alia tum haec primum in lucem edidit.

Vita.

Natus sum Henricus Victor Friedel a. h. s. LXVII die IX Mens. Septembr. Episcopi Villae Alsaticae patre Guilelmo Friderico quem præmatura mors suis eripuit matre Elisa e gente Sumy qua adhuc superstite gaudeo; fidem profiteor a Calvino reformatam.

Posteaquam elementis doctrinae imbutus sum in progymnasio patriae auctumno a. h. s. LXXX receptus sum in gymnasium Hagenoense quod tum A. Dammerto rectore florebat; ut praeceptoribus meis dilectissimis inprimis rectori ipsi atque Hermanno de Rohden aliquando gratiam debitam reddam fore despero.

Auctumno a. h. s. LXXXV auspiciis P. Albrechti viri humanissimi studiorum meorum fautoris postea indefessi maturitatis testimonium adeptus Argentoratum migraui philologiae et antiquae et neolatinae operam daturus. Per triennium illic me docuerunt vv. dd. Groeber Heitz Huebschmann Kaibel Leo Neumann Reifferscheid Windelband; quorum cum scholis tum exercitationibus interfui et his quidem philologis quas Reifferscheid Kaibel Leo moderabantur, per ter sex menses in proseminario, in seminario sodalis ordinarius per idem temporis spatium, neolatinis Groeberi per bis sex menses.

Quum deinde per complures menses Italiam permigrassem inde ab hieme eiusdem anni LXXXVIII h. s. ad tempus aestivum anni LXXXX civis fui universitatis Rhenanae Bonnensis. Docuerunt me hoc biennio professores illustrissimi Buecheler W. Foerster Neuhaeuser H. Nissen Usener R. Kékulé Luebbert; posteaquam per semel sex menses in proseminario operam navavi Useneri scholis graecis Luebberti latinis insigni Buecheleri et Useneri benevolentia mihi contigit ut per annum insequentem seminari regii sodalis essem ordinarius; quod eodem fere tempore in numero sodalium ordinariorum seminarii regii neolatini receptus sum ad eximiam Foersteri humanitatem animo refero gratissimo; praeter ea ad scholas umbricas Buecheler philosophas Neuhaeuser comiter me admiserunt.

Mense Martio a. h. s. LXXXXI collegium philosophum Bonnense exhibitis probatisque studiorum meorum de Caelio Aureliano Siccensi primitiis et examinibus superatis ut summos in philosophia honores capesserem voluit et statuit.

Omnibus qui me docuerunt vv. dd. et ill. gratias ago permagnas. Heitzii Luebberti Reifferscheidii morte abreptorum memoriam piam servabo; inprimis vero Buechelero Foerstero Groebero Nisseno Usenero magistris, Car. Friedelio Albrechto fautoribus in perpetuum devinctus sum beneficiis in me collatis.

Scr. hieme a. MDLXXXX.

Sententiae controversae.

I. Caelium Aurelianum eadem fere aetate fuisse qua Aelius Denatus ex Salut. Praecept. XVIII (Rose XVII) probare posse mihi videor; fortasse medicus ab ipso grammatico didicit.

II. Ex integro opere Sorani περὶ γυναικείων epitome videtur facta esse ita ut III libris componerentur capita ad artem obstetriciam maxime spectantia, omissis etymologicis historicis aliis huius generis additamentis; ea tantum gynaecia Suidam novisse crediderim.
Insertis postea capitibus integrris vel auctis ad opus integrum iis quae decurtata erant, factum est opusculum cuius sunt ea quae Rose post alios publici iuris fecit.

III. De Distichis quae feruntur Catonis:

1. Quae exstant reliquiae sunt amplioris corporis ‚sapientiae.'
2. Cuius corporis primordia fuerunt praecepta modo monostichis modo distichis descripta et a paedagogo quodam undique ut fors tulit collecta.
3. Otiosum est enucleare velle opusculum ‚de moribus' a nescio quo Catone poeta certo ordine compositum.
4. De Brevium Sententiarum auctoritate idem quod de ceteris praeceptis iudicandum est; errant qui eas aut argumenta aut titulos distichorum esse putaverint.

IV. ‚Turtur' utroque genere Romanos usurpavisse mirum in modum probatur commentatoris Vergiliani (apud Servium) et Anthimi (de observatione ciborum epistola etc. ed. Rose) testimoniis.
Ille usu cottidiano deceptus erravit in interpretando v. 58 eclog. I: turtur, inquit, et masculino et feminino genere invenitur, ut ‚aeria turtur cessabit' et Plautus ‚tibi obustos turtures.'
Hic secundum optt. codd. sic usurpavit hanc vocem: p. 13 § 25:

v. 11. ‚qui': G A g *quia* H (Paris. Holderi) *qui* (: ex corr.) Rose ex B *qui*.
v. 15. optt. codd. ‚qui' g *quę*
v. 25. ‚captum' sic G B H (om. A) — o (i. e. — um) g.
v. 18. ‚ipsam' sic G B H; *de illā erbā ipsā ipsū* A; *de ipsa herba ipsa die* g.
v. 19 ‚de ipsa' sic G A B H; *de ipse* g.